7-50

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 B
22

13-8-C-60

I G 19

55
VIII
8

22
IIIV
a

GERH. FELTMAN. IC.

TRACTATUS

DE

JURAMENTO PERHORRESCENTIÆ

Vulgò ſic dicto;

ſive de

EJERATIONE BONÆ SPEI

ex variis cauſarum figuris.

Cum alterplice indice.



GRONINGÆ,

Proſtant apud ÆMIL. SPINNEKER, Bibliopolam, CIϽ IϽCLXIX.

1:10

Ex Bibl. Ios. Ren. Card. Imperialis.

Illuſtribus & præpotentibus dominis DD. Groningæ & Omlandiæ Ordinibus

Dominis ſuis clementiſſimis.

VEtus inſtitutum eſt, jam usque ab heroicis ferè ductum temporibus, idque & populi non unius ſed omnium gentium nationumque firmatum conſenſu; ut qui vel res antiquas poſterorum memoriæ prodiderunt vel opera alia vulgarunt, ea principibus in rep. viris aliisve ſpectatæ moderationis hominibus inſcribere & dedicare conſueverint. In cujus rei cauſas dum curatius inquiro, primum ſe prodit ea, quod regibus & principibus libros ideò ſacros fecerint; ut quaſi in cenſum religioſorum voluminum tranſcriberentur. Accepimus enim quod Octavio Cæſari etiam de re profanâ ſcriptus dicatusque codex Hieratica dicta fuerint. Hac cautione credebant vel potius ſperabant, ſe contra lividorum morſus ſecuros fore. Altera ratio quæ eos ad id impulit; fuit, quod in eorum gratiam ad ſcribendum acceſſiſſent iisque opus ſuum commendarent & præmiſſâ quadam præfatione ad propoſitæ materiæ lectionem perducerent evidentioremque ejus argumenti præſtarent intellectum. Quæ conſuetudo vel Cajo noſtro probatur & olim ab Ariſtotele ſervata, qui Rhetoricam ſuam Alexandro M. dicavit. Idem etiam egit inſtitutum Seneca, quando librum de clementia ad Neronem miſit. Fuerunt & tertiò qui etiam æqualibus atque etiam ſe inferioribus res ſuas dedicarunt, non aliam ob rationem,

quàm ut illi libentius inde diſcerent. Sic Theophraſtus Policli inſcripſit ſuas notationes morum. Hanc ob cauſam Ariſtoteles Nicomacho ethicam diſciplinam & M. Tull. Cicero etiam ſuo filio officia inſcripſit. Firmianus quoque Lactantius ideò librum de opificio Dei inſcripſit auditori ſuo Demetriano. Pro quarto hoc ideò à nonnullis factum, quod principum juſſu literis quid conſignaſſent. Legimus enim à Meſſala Corvino ideò Octaviano Auguſto librum de ejus progenie dicatum fuiſſe. Hoc Rufum Feſtum movit, ut breviarium ſuum Valentiniano Imp. & Eutropium ut Valenti Gothico ſuam hiſtoriam nuncuparet ſacram. Quintò id ideò evenit, quod priores operæ illis mortalibus placuiſſent iique ſcribentium nugas aliquid putare ſcriptisque capi ſolebant. Hæc fuit cauſa cur Tullius librum de finibus boni & mali inſcripſerit Bruto. Hoc impoſuit Catullo ut Nepoti ſuas miſerit chartas. Phædrus eapropter quintum fabularum librum dicavit Particuloni. Illud ſextò aliquos incitavit, quod rei ſibi propoſitæ argumentum ad eos, quibus id dicabant, pertinere callerent. Nam Cicero Atticum eo munere & dedicatione libri de ſenectute dignum ideò judicavit, quia uterque eorum eâ communiter uteretur. Reperti etiam ſunt pro ſeptimo, qui aliis ideò ſua ſcripta ſacra fecerunt, ut illi & cenſerent & emendarent vel album calculum adjicerent. Plinius enim Arriano ideò epiſtolas ſuas inſcripſit & Juſtinus trogi epitomator idem præfatus ſive ad Antonium A. ſive ad alium aliquem virum Romanâ eloquentiâ eruditum. Etiam remunerandi & pro-

vocandi

vocandi ad ſimile officium & judicandi ergò quodque operam quandam contuliſſent ii quibus dedicabantur, in ſcriptiones octavò factæ illis fuerunt, uti ex Tullio diſcimus, qui ideò Varroni Academicas quæſtiones dicavit. Nonò id ideò contigit, ut laboris & negotii non tantum ſed & otii ratio apud eos conſtaret, quibus opera ſua dedicabant. Hoc enim etiam Juſtinus & Lactantius quos adduxi anteà moti fuerunt. Illis etiam pro decimo ſolebant nuncupare libros, qui vel hortati erant vel conſilium dederant edendi, veluti teſtis in eam rem eſt Plinius, qui Arriano ideò quoque epiſtolas ſuas inſcripſit. Fuit etiam undecimò hæc res ab omni ævo obligationis ad ἀντίδωρα quaſi publicum monumentum. Docet id exemplo ſuo illud proſæ eloquentiæ decus Cicero, qui ſua Topica non tantum Trebatio inſcripſit, ſed & in ejus gratiam in ipſâ navigatione, quod mirandum! conſcripſit. Benevolentiæ amorisque ſignum id pro duodecimo ſemper fuit exiſtimatum. Neque enim aliam ob cauſam Romanorum doctiſſimus libros tres priores de linguâ latinâ Septimio, nonnullos autem ex ſequentibus Ciceroni inſcripſit. Teſtando cultui atque obſervantiæ edendo argumento, libros ſuos dedicabant pro tertiodecimo. Inter alia namque propter quæ Valerius Maximus Tiberio opus ſuum ſacrum dixerit, hoc memorat, quod is certiſſima patriæ ſuæ ſalus quodque referret Deos. Hac in re ſibi in tantum placuerunt priſci iſti heroes, ut idem agerent, quando non opera ſua ſed & aliena in lucem emittebant. Nam Q. Septimius Rom. miſit Q. Arcadio à ſe vulgatum Dyctin Cretenſem & Cornel. Nepos Sa-

luſtio Criſpo dicavit ejusdem argumenti auctorem Daretem Phrygium. Mirum ergò videri non poteſt, quod ad hanc quoq; tempeſtatem id prorogatum & antiquis moribus viri illud æmulati fuerint. Quapropter ſi qui ſint, qui id carpant & arrodant, illi eo ipſo teſtatum faciunt liquidò, quod ἀυθάδεις haberi velint. Vix enim videas id omitti niſi vel ab iis, qui genus cauſæ honeſtum non tractant atque ideò inſinuatione egentes ad imperitum vulgus malunt præfari quàm paucis bonisque rerum arbitris cenſendi poteſtatem facere. Si alii ſint qui id non ſequuntur, illi ſibi ſolis ſufficere poſſe arbitrantur, aliorumque hominum favorem quaſi ejerare videntur. Quod quidem in eos dicent qui mitius cum iis agere volent, cæteri duriores id ferocitatem, ſuperbiam & moroſitatem appellabunt. Neque enim ſe tueri poterunt eâ præſcriptione, quod mandatis aliquando adjiciatur, ne dedicationes recipiantur; veluti die quartâ Martii hujus anni CIↃ IↃCLXIX in comitiis ſolemnibus à vobis illuſtres & præpotentes domini, decretum fuit. Non enim deſunt, qui uti egregiè & è publicâ re id factum laudant, hoc tamen, ad cauſam reſpicientes rationemque ſtatuti examinantes, nonniſi ad eos ſpectare ſentiunt, quibus non ſpecialis ratio fuit, cur vobis, illuſtres & præpotentes domini, opera ſua dicarent. Non perhorreſco ideò vobis illuſtres & præpotentes domini, hoc opusculum conſecrare. Si pondere metimini ſatis exiguum, ſin obſervantia & cultu religioſum. Accipite id ſerenâ fronte & ita bona me tenebit ſpes, me contra invidiam Mercuriique malevoli myſtas tutum ſatis fore. Sed non tantum ea prima

veterum

veterum ſcriptorum memorata ratio, ſed & multæ aliæ ex ſequentibus me ad hanc audaciam impulerunt. Licet enim ſecunda & tertia nil ad me pertineant, quartam tamen mihi vindicare auſim. Cum enim ante biennium me ex Academiâ Duisburgenſi, in quâ per ſex annos jura publicè profeſſus fueram, huc ad primariam cathedram evocaſtis, generali mandato id comprehenſum interpretor, ut præter eas diſputationes, quibus tyronum animi erudiuntur quasque ad cœptum Spicilegium ex inſtitutionibus Juſtiniani A. inſtituo, aliquid etiam publicè proponerem quod eo munere dignum magisq; arduum videri poſſet. Rationem quintam, ſextam, ſeptimam & octavam mihi non arrogo. Nonum autem vel maximè me ad id incitavit. Speravi enim hac ratione vobis, illuſtres & præpotentes domini, operæ meæ, quam in erudiendâ legum cupidâ juventute loco, rationem plenius planiusque conſtare poſſe. Decimum non magis ad me ſpectat quàm quartum. Sed nec duodecimum mihi aptari poſſe ſatis novi ipſe. Docui enim in hoc opere quod potentioribus nequeamus pares eſſe, adeò ut vocabula amoris & benevolentiæ tamquàm inter æquales uſitata, hîc ſilere debeant & eorum in locum id quod præcipuum duxi & pro undecimo & tertio decimo ex priſcis monumentis allegavi, cultus, obſervantia & naturalis obligatio ſuccedere debeant. Nam vel hæc ſola volentem meum trahit animum, ut cum tantis beneficiis in me conlatis gratias nullas referre par ſim, hoc tamen in publicum miſſo ſcripto eas agere debuerim. Sed quid privata recenſeo? vos illuſtres & præpotentes domini, hanc Academiam ita in-

ſtauraſtis,

ſtauraſtis, ut jam juris diſciplina collegii nomen jure optimo ſibi vindicare queat, & poſt Lugdunenſem in Batavis ſola ſit in Belgio fœderato, quæ tres juris prudentiæ ordinarios alit anteceſſores. Quæ res effecit ut ſicuti anteà quoque contigit, docentibus hic Matthæis, Steinbergiis, Juniis aliisq; ſummis ICtis, ex univerſo orbe Chriſtiano etiam ad hanc univerſitatem, tanquam ad univerſalem totius mundi literarii mercatum, juris diſcendi gratià confluere iterum incipiant. Ex nominibus eorum, qui publicè hoc opuſculum defendendum ſuſceperunt, de eorum diligentiâ apparet; nam ſemeſtri hoc noviſſimo id omne peractum fuit. Si peccatum vel re vel ſtylo id æqui bonique conſulatis rogo, & me qui ex Balzacii Ariſtippo didici non ſentire cum moroſis iſtis Philoſophis, ajentibus ſapientem nullâ re egere, juſtâ veſtrâ protectione munite. Valete illuſtres & præpotentes domini.

Veſter

Groningæ die XIIX. Jun. CIↃ IↃCLXIX. *Devotiſſimus* GERH. FELTMAN.

Nomina DD. RESPONDENTIUM.

Jacobus Berckhuis, *Groninganus.*
Folckhardus Butt, *Bremâ-Saxo.*
Theodor. Herman. Ewinghaus, *Tremoniâ-Veſtofalus.*
Chriſtoph. Goclenius, *Caſſell. Haſſus.*
Johannes Edingh, *Groninganus.*
Joh. Henr. Goëddæus, *Steinfurto-Veſtofalus.*
Theodor. Arentſen, *Daventriâ-TransIſſalanus.*
Carolus Schoockius, *Groninganus.*
Joh. Henr. Bernhardi, *Wolfshagâ-Haſſus.*
Johannes Robers, *Groninganus.*
Zacharias Cramerus, *Sedino-Pomeranus.*

TRACTATUS
De Juramento Perhorreſcentiæ.
DISPUTATIO I.
Reſp. Jacobo Berckhuys, *Groningano.*

Caput I.

Origo verborum indagatur. Ejurationis ſpecies eſt ejeratio. *Hoc jusjurandum* in genere *definitur & Lipſius explicatur nec non Ulpianus.*

EX veriſſimo iſto Petronii dicto, *Doctores neceſſe habent cum inſanientibus furere:* me tuebor contra eos, qui barbarè me titulum huic rei poſuiſſe ajent. Nam ſi ſermonem habeas non publici ſaporis, vix te intelligent illi ad quos hæc res maximè pertinet. Vulgò enim hoc nomen ei inditum eſſe teſtes ſunt Andr. Rauchbar. 2. *QQ.* 3. *n.* 31. & Bernh. Greven *ad Gail. lib.* 1. *concl.* 28. *conſid.* 1. *n.* 2.

2. Cumque verba uſu valeant ut nummi, ſicuti jam olim dixit Plutarchus *libr. de Pythia orac.* atque ex aliis bonis auctoribus firmat Aug. Barboſa *axiom. jur. lit. u. c.* 8. *n.* 20. hoc in tantum invaluit, ut forenſis diſciplina & tribunalia, quibus hodiè etiam diſertiſſimi linguæque Romanæ peritiſſimi interſunt homines, id civitate donaverint, uti tibi promptum depromere ex rebus judicatis rerumque forenſium magiſtris, quos in progreſſu notabo & vel ex iis ſolis conſtare poteſt, quos memorat Speidel. *in ſyllog. jur. QQ. verb. juram. perhorreſc.* Nec immeritò id factum! Agell. 1. *noct. Attic.* 5. *vive ergò moribus præteritis: loquere verbis præſentibus:*

3. Aliàs

3. Aliàs *perhorreſcentia* non eſt magis latinum quàm *ſufferentia* aut *ſufficientia*, uti conlego ex egregiè ſcriptis à viro egregio & omnis literaturæ callentiſſimo Joh. Gerh. Voſſio *lib.* 3. *de vit. ſerm. lat. c.* 51.

4. Perhorreſcendi vocabulo autem hoc in negotio utitur Bonifacius VIII. P. M. *inc.* 11. *§. cum verò. de reſcript. in* 6. & in re huic ſimili Conſtantin. A. *in l. un. C. quando Imper. int. pup. vel vid.* Quod compoſitum eſſe ex præpoſitione *per* & verbo *horreſco*, nemini latere poteſt. Quæ propoſitio licet non eam vim habeat ut adjecta verbo caſui ſerviat, ac proinde nec accuſationis nec ablationis ſit, nec tamen loquelaris dici poteſt, ut jure merito quid deſideres in tripartitâ præpoſitionum diviſione Iſidori *lib.* 1. *Orig. cap.* 2.

5. Nam verbum ipſum *horreſcere* etiam accuſandi vim habet, ut vocula *per* auctionis gratià ſit adjecta, uti in *perſuadere*. Sicut enim hoc eſt valdè ſuadere & pluſquàm compelli atque cogi ſibi parere, *l.* 1. *§.* 3. *ff. de ſervo corrupto.* ſic etiam perhorreſcere eſt valdè horreſcere & pluſquàm compelli atque cogi horrore. Joſeph à Seſſe 2. *deciſ. Arrag.* 117. *n.* 34.

6. Nec me turbat quod ad iſtud Virgilii *Æneid. lib.* 10.

Huic contrà Æneas, ſpeculatus in agmine longo,
Obvius ire parat, manet imperterritus ille:

annotaverit Honor. Servius, *Imperterritus. Prima eſt compoſitio non ſecunda, nam hoc eſt perterritus quod eſt territus: & tunc eſt vera compoſitio, cum ſermonis natura convertitur: Sanè imperterritus quis ante hunc?* Quod enim de eâ compoſitione agat, quæ nota ſit abnuitionis ſive negationis, id palpari poteſt.

7. Eſt ergò *perhorreſcere* dictum ut *pertimeſcere* & *contremiſcere* auctore memorato Maronis interprete *ad Georg. lib.* 3. Frequentationis autem vocabulum uſurpamus, quia horrorem non vagum ſed perpetuum atque præſentem eſſe oportet. *arg. l.* 9. *pr. ff. quod met. cauſ.* Talis autem durare præſumitur, ſi ſemel adfuerit uti diſcere datur ex traditis ab Alexandro de Imolâ *ad l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſ. n.* 2.

8. Pa-

8. Patimur autem horrorem à damno infecto; quod metuimus vel à judice vel ab aliis. Et quidem quod ad judicem, maritum, præceptorem, parentem atque ſponſum adtinet, ſciendum eſt non de omni horrore me hic agere. Cum enim alius ſit bonus uti docet Servius ad illud Virgilii *Æneid. lib.* 2.

Latuſque per artus horror iit:

atque teſte eodem Grammatico & JCto etiam ad venerationem pertineat, eum hic minimè intelligo.

9. Horror enim bonus ejerationi non dabit locum, quia is non tantum debetur judici, *l.* 11. §. 4. *in fi. ff. de interrog. in jure fac. arg. l.* 1. §. 4. *ff. de poſtul.* Gulich-Berg. Ordn. *tit.* 12. *in fi.* marito, *c.* 15. *cauſ.* 33. *q.* 5. *Geneſ.* 3. 16. *Roman.* 7. 2. præceptori, *Iuvenal. ſatyr.* 9. nec non parenti ex notiſſimo Decalogi præcepto atque jure civili. *l.* 4 §. 2. *ff. de in jus voc. l.* 2. *pr. l.* 5. *ff. de obſeq. parent. præſt.*

10. Sed de eo horrore hic diſquiro, qui ad odium eidem Servio dicitur pertinere & per quem quis deterretur à cœptis reique ſuæ jacturam perhorreſcit, eam namque quilibet odit. *arg. l.* 25. *pr. ff. de probat.* Adeò ut perhorreſcere nil aliud ſit, quàm ſich voor yets verſchricken ende verſchromen: Germani dicerent ſchrecken und abſchew fur etwas haben/ & Galli *avoir horreur & averſion pour quelque choſe.*

11. Vocem *juramenti* etiam in inſcriptione pono, quanquam non ignorem elegantius nonnullis videri jusjurandum. Adi Setſerum *de jurament. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 1. *& ſeq.* Sed *quia jampridem hoc* verbo *in eâ ſignificatione utimur mutandum nihil duxi, cum re intellectâ & perceptâ tota de nomine inanis ſit diſputatio*, Barn. Briſſon. *de V. S. verb. jusjur. in fi.* Quare *hiſce λογομαχίαις ad Grammaticos relegatis, quæ inſtituti noſtri propria ſunt propius intueamur.* Guil. Barclaj. *ad tit. ff. de jurej. cap.* 1. *pr.*

12. A quo tamen non erit alienum hic commemorare, quod veteres juramentum perhorreſcentiæ unâ voce *ejerationem* dixiſſe videantur. Etiamſi enim ſint ſermonis latini exactores moleſtiſſimi qui malè ſic ſcriptum putant & *ejurationem* ſubſtituunt, ex-

iſtimarim tamen utrumque tolerari oportere. *arg. l. 23. ff. de ll.* Sueton. *de illuſtr. Grammat. c.* 22.

13. Adeò ut *ejuratio* ſit verbum generis complectens omnem omninò abnuitionem, uti Feſtus *de V. S.* docet, *ejuratio ſignificat id quod deſideretur non poſſe præſtari*: & apertiſſimè indicio ſunt eæ priſcæ dictiones, *ejurare bonam copiam*, Hotoman. *ill. QQ. 26. per tot.* magiſtratum, militiam, Rævard. *ad l. 80. ff. de R. I.* & alias, quæ magnâ copiâ adferri poſſent. Celeberr. Gronòvius *in Seneca ſuaſ. 6.* Eſt ergò *ejuro* idem quod Græcorum ἐξόμνυμι, Ariſtot. 4. *Polit.* 13. *ibi.* τὰς ἀρχὰς ἐξόμνυσθαι: & vernaculum **verſweeren.** Martinius *in Lexic. h. verb.*

14. Ejero autem amplius quid ſignicat & uti ego quidem conjecto trahitur à יִרְאָה *Iirah*, quod Ebræis ſonat *timor*, *terror*, *metus*: à quo etiam Græcum ἱερὸς *timendus* oriri credit Langius; ut ita nil aliud ſit quàm *rejicio & detrecto aliquid ex horrore interpoſitâ jurisjurandi relligione*. Juvatur id inde quod tunc cum agerent de rejiciendo judice, cujus potentia horrificabat litigantem, *ejerandi* verbum à Romanis propriè uſurpatum fuerit. Cicero *lib. 2. de orat. ſ. 285.*

XV. Nec mirere ſi in negotio religioſo, quale eſt jusjurandum, originem alicujus verbi ad id pertinentis quæſierint à gente, quam metu numinis tangi probè callebant. Unde evenit quod integras voces ab Ebræis mutuò acceperint. Martialis 11. *epigram.* 95.

> *Ecce negas jurasque mihi per templa Tonantis;*
> *Non credo; verpe jura per Anchialum:*

Quod poſtremum verbum quaſi *iperan chi olam*: dictum eruditè oſtendit Seldenus *in proleg. de ſucceſſ. Ebræor.*

16. Sed & in ipſâ dictione iſtam gentem non minus quam Græcos uti ſcripſi *in tract. de jure in re & ad rem c. 1. n. 8.* & argumento eſt *l. 2. ſ. 1. ff. de O. I. ibi: agere inſtituit*: æmulati ſunt. Auctor mihi eſt Ant. Auguſtinus, qui *lib. 4. emend. & opin. cap. 8.* locu-

locutionem Judaicam obſervat in *l. 1. ff. de mort. cauſ. don. ibi. eum quis habere ſe vult, quam eum cui donat:*

17. Generaliter ergò juramentum perhorreſcentiæ eſt *ejeratio bonæ ſpei*, vel *ejuratio bonæ ſpei ex horrore facta.* Mentio horroris adjecta voci ejurationis, diſtinguit hanc rem ab ejurationibus aliis, quod & facit ſolum verbum ejeratio, uti ex dictis conſtare poteſt. Non ergò de cunctis ejurationibus mihi deſtinatum hic agere, ſed de iis quæ ex horrore fiunt ſive de *ejerationibus* mihi tantum ſermo erit.

18. Illæ namque in horrore & metu fundamentum habent. Per quem licet anima ſibi perſuadeat, id non eventurum quod ſperat, Renè des Cartes *des Paſſions p. 3. art. 165.* atque ita vix videatur differre à ſuſpicione, uti cernis apud Ulpianum in *l. 9. ff. quod met. cauſ.* attamen cum levis haut ſit ſed graviſſimus, ut totâ ſuâ ſpe propter horrorem decidat, à ſuſpicione non tantùm ſeparatur, ſed & aliud nomen cupere videtur, ut *deſperatio* vel *bonæ ſpei ejeratio* dici debeat. Des Cartes *d. p. 3. art. 166.* Quid quod JCtum in *d. l. 9. pr.* non de omni metu ſed de eo ſolùm, qui ad edictum prætoris, cujus meminit iſte titulus, ſpectat, loqui, benè obſervatum ſit Ant. Fabro *in ration. ad d. l. 9. pr. lit. a.*

19. Quod tamen non ita intelligi velim cum *Lipſio*, cæterà *Iuſto* rerum verborumque arbitro, ac ſi virtutem laceſſeret, qui bonam ſpem ejuraret, veluti is ſcribit *ad Senec. de vitâ beatâ. c. 26.* Id enim non aliter quàm de *ejuratione* propriè ſic dicta & abſque horrore factâ non autem de *ejeratione* & deſperatione ex horrore graviſſimo conceptâ, capiendum eſt. Hujus enim ope datur declinare malum atque periculum quod nobis reive noſtræ imminet, uti diſſerit Franc. Senault *de l'uſage des paſſions. p. 1. tr. 3. diſc. 4.*

CAPUT. II.

Juramenti perhorreſcentiæ ſpecies prima *definitur & tam ex vulgi quàm auctoris mente* deſcribitur *atque explicatur. Quomodo ea* differat *à querelâ denegatæ vel protractæ juſtitiæ, nec non ſacramento à provocantibus & recognitionem petentibus alibi præſtari ſolito?*

1. ID autem periculum pertimeſcimus non ab uno mortalium genere, uti repreſentavi *c.* 1. *n.* 8. De eo autem quod à judice deſumitur, cum notius atque uſitatius ſit, primò agemus. *arg. l.* 25. *pr. ff. de liber. leg.*

2. Non audemus autem judicii telam coram judice pertexere vel quod ipſe nos terrificet vel noſter adverſarius. Nil verò intereſt an ob hanc vel ob illam cauſam judicis fiat ejeratio vel hoc juramentum perhorreſcentiæ præſtetur. Semper enim tunc ei conveniet deſcriptio vulgò tradita; *Iuramentum perhorreſcentiæ eſt quo quis aſſeverat ſe valdè timere, ne non ab inferiore judice æquam & incorruptam impetret juſtitiæ adminiſtrationem*, uti ex Roſenthal. Tennagel. & Rodingio tradit Cl. Lauterbach *tract. ſynopt. ad tit. ff. de jurej.* §. 2. *n.* 54.

3. Qui tamen auctor nil amplius quàm iſtud eâ de re dicit, quod & memoriæ noſtræ proditum ab aliis quà veteribus quà recentioribus. Felin. Sandeus *ad c.* 4. *x. ut lite non cont. n.* 13. Joh. Bernh. Muſcatell. *prax. aur. part.* 2. *gloſ. competentes. n.* 82. Jacob. Blum *proc. Cam. Spirens. tit.* 37. *n.* 20.

4. Aſt cum me non cuiquàm mancipaverim nulliuſque nomen feram, hoc mihi vindicabo, quod dividendum ſit inter rei hujus definitionem & deſcriptionem. Definitio ſit *ejeratio judicis*. Cum autem omnis definitio in jure civili ſit periculoſa, *l.* 202. *ff. de R. I.* Nil enim vetat hoc fragmentum etiam de Logicâ capere: Ferrar. & Wiſſenbach. *ad d. l.* 202. *n.* 1. & noſtri homines, ne ex brevitate obſcuritas oriretur, demonſtrationibus uſi fuerint, Agell. 1. *noct. Attic.* 25. eorum veſtigia premam, ſi non tantum prius dixero quod juramentum perhorreſcentiæ ſit mo-

ſit modus per quem declinatur judex atque ideò à re ipſâ & toto rejectionis negotio vel lite differre ſecundum id quod nobis doctum *in tract. de jure in re & ad rem cap. 31. n. 27.*

5. Sed & tunc ſpero me ab illis diſceſſionem non facturum, plenius atque planius ubi totum hoc negotium deſcripſero. Erit ergò tolerabile quod ſit *actus juriſdictionis contentioſæ quo quis cum obteſtatione divini nominis aut numinis religioſè enuntiat, ſe non calumniæ cauſâ ſed ex deſperatione juſtitiæ non obtinendæ planè rejicere judicem cæterà competentem, quem ſuſpectum eſſe vel probare nequit vel ejus rei cauſam allegare non audet.*

6. Pro genere ponitur *actus*. Hoc enim *generale verbum eſſe ſive verbis ſive re quid agatur*, definit Labeo apud Ulpianum *in l. 19. ff. de V. S.* Adeò ut huic negotio rectè aptetur per tradita à Cl. Goeddæo *ad d. l. 19. n. 9. & 12.* nec non Henn. Wegnero *ibid. n. 3.* Præſertim cum jusjurandum dicatur actus à Baldo & Zaſio uti memorat Joach. à Beuſt *ad rubr. ff. de jurej. n. 3.* nec aliter ſentit Scheidewin *ad §. 11. I. de action. n. 3.* & Lauterbach. *d. tract. §. 1. n. 1.*

7. Exercetur autem hic actus in judicem etiam invitum; ut rectè dicatur *juriſdictionis contentioſæ.* Ea enim in nolentes adhuc hodiè datur. *l. 83. §. 1. ff. de V. O.* Differt ergò ab actu legitimo, cum hic non niſi inter volentes perficiatur & juriſdictionis voluntariæ ſit. *l. 2. de off. proconſ. junct. l. 77. ff. de R. I. ibique DD.*

8. In definitione verbum *quis* poſitum, tum quod maſculini generis atque ideò dignius, *l. 1. pr. ff. de ſenator.* tum quod Papa eo utatur *in d. c. 11. §. cum vero. de reſcript. in 6. ibi, aliquis:* Id autem tam fœminas quàm maſculos complectitur, *l. 1. ff. de V. S.* etiam in reſcriptis, uti poſt Cœpollam & Tiraquellum ſcribit Wiſſenbach *ad d. l. 1. n. 10.* Ut non memorem quod in mulieribus id longè fortius ſtatui debeat, cum facilius horrificari queant. Phil. Decius *ad l. 39. ff. de R. I. n. 2. & 3.* Facit huc *l. un. C. quando Imp. int. pup. & vid.*

9. Pera-

9. Peragitur hæc res *cum obteſtatione divini nominis*: id eſt invocatione Dei in teſtem. 2. *Corinth.* 1. 23. *Catecheſ. reform. relig. q.* 102. *ibique* Urſinus. Barclaius *d. cap.* 1. Et quidem verus & triunus tantum advocandus ſi res inter Chriſtianos agatur. *Deuteron.* 6. 13. *&* 10. 20. *Matthæi* 5. 33. Treutler. 1. *diſp.* 21. *th.* 1. *a.* Hahn. *ad Weſenbec. ff. de jurej. n.* 6.

10. Judæus autem vel Turca aliuſve gentilis ſi propriâ ſuperſtitione ſui *numinis* juraverit, ei ſtandum eſt. *l.* 5. *§.* 1. *ff. de jurej. Geneſ.* 31. 53. *Matth.* 23. 16. *c. movet te.* 16. *cauſ.* 22. *q.* 1. *Ord. Cam. Spir. part.* 1. *tit.* 86. Grotius *de jure p. & b. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 11. *& ſeq.* Frantzke *ad tit. ff. de jurej. n.* 13. Ameſ. *de conſcient. lib.* 4. *c.* 22. *n.* 40. Balduin. *de caſib. conſcient. lib.* 2. *cap.* 9. *caſ.* 3.

11. Non idem dixerim de Socinianis propter *l.* 5. *§.* 3. *ff. de jurej.* Ut jure à Judæis ad hos non inferre poſſis. *arg. l.* 4. *C. de Iudæis & cœlic. junct. l.* 4. *C. de hæret. & Manichæ.* Nam Socinianorum virus ſub tegumento Chriſtiani nominis facilius ſerpit ad plures, atque longè peſtilentiores ſunt nec quiſquam ſibi ita ab illis quàm à Judæis aut Turcis cavere poteſt. Quare Sereniſſimus D. Elector Brandenb. ſanxit ſo offt ein ſolches Sociniániſch oder Weigelianiſch buch in buchladen zu kauf angetroffen und befunden wird / bey 10. gql. ſtraffe: Id eſt, *ut toties quoties ejuſmodi Socinianus vel Weigelianus liber in bibliopolis venalis deprehendatur mulctâ* 10. *flor. aur. plectatur: Clivis die* 27. *Iunij.* 1664.

12. Agitur *religioſè* hic uti in omni jurejurando. Cicero *lib.* 3. *de offic. in fi.* Duaren. *ad tit. ff. de jurei. cap.* 1. Sic ut quis ſe liget & religet atque devoveat non tantùm ad pœnam temporariam ſed & ad æternam excidij. Cl. Lauterbach. *d. §.* 1. *n.* 21.

13. Et *enuntiat* is qui jurat *adfirmando* horrorem, *negando* autem ſe ideò judicio coram eo judice quem perhorreſcit, contendere poſſe, ut malè nonnulli jusjurandum definiant per adfirmationem. Bachov. *ad Treutl. d. th.* 1. *a. & ad Weſenb. ff. d. t. n.* 2.

14. Enuntiationem non vocis ſed quoque intellectus deſidero, adeò ut furioſus & qui ita ebrius ut neque pes neque mens ſatis

ſatisofficium ſuum facit, prohibeantur. *arg. c. 26. x de jurej. junct. c. 14. x. de vitâ & hon. cler.* Frantzke *lib. 2. reſol. 1. n. 10. & ſeq.*

15. Sed & ſolus intellectus citra vocem ſufficit, mutum enim jurare poſſe ſeptem novis argumentis demonſtravi & ad Ummii objectionem reſpondi *in tract. de jurej. in alt. anim. cap. 1. n. 47. in not. lit. d.* In quâ ſententiâ etiam ſunt Bachovius, Rulandt. Setſer. & Frantzk. quos memorat & ſequitur Lauterbach. *d. §. 1. n. 8.*

16. Hoc autem enunciat *ſe non calumnia cauſâ* judicem declinare. Unde ſpecies ejus, quod propter calumniam datur, ſtatuitur à Martâ Neapolit. *Digeſt. noviſſ. tom. 1. tit. juram. perhorreſc. cap. 1.*

17. Differt aliàs à juramento calumniæ propriè & ſtrictè ſic accepto, quod hoc magis ipſam litem ejuſque tractationem ſpectet judiciſque perſonam potius confirmet, *arg. l. 2. §. 6. & ſeq. C. de jurej. propt. calumn.* perhorreſcentiæ juramentum vero ſaltem reſpicit judicem ipſum, eumque à diſceptatione cauſæ repellit. *d. c. 11. §. cum verò. ibi. ſed partes à ſuâ juriſdictione dimittens.*

18. Idque ideò quia litigans *ex deſperatione* ad hoc ſacramentum provocavit & *planè rejicere judicem* coactus fuit. Quibus verbis definitionis hoc negotium tacitè ſeparatur à *quærelâ denegatæ vel protractæ juſtitiæ.* Ejeratio enim facit ut judex ratione ejus litis planè incapax ſit. *d. c. 11. §. cum verò.* ſed ſi negata vel protracta ſit cauſæ cognitio, eam magiſtratus ſuperior tamen inferiori linquere poteſt, uti judicatum memorat vir nobiliſſ. Dav. Mevius *p. 2. deciſ. ſupr. tribun. Wiſmar. 139. n. 9. & 10.*

19. Diſtinguitur quoque hac ratione à jurejurando, quod ii qui *appellant* in Germaniâ præſtare coguntur. R. A. 1654. zu Regensburg. §. zumahlen 118. Nam ſi quis provocaverit ab uno articulo litis, qui à cæteris ſeparatus ſit, tota cauſa non devolvitur ad ſuperiorem magiſtratum nec hujus juriſdictio *planè* tunc ſuſpenditur, uti loquitur & docet Gratianus *1. diſcept. forenſ. 1. n. 1. & 2.*

20. Idem judicium eſto de eo ſacramento, quod quidem non

B in hac

in hac provinciâ, ſed in Germaniâ dare compelluntur illi qui *reviſionem*, latinè recognitionem cauſæ dixeris, petunt. *Deputations*-abſcheid zu Speyr. 1600. §. und obwohl hiebey in errinnerung.

21. Licet & hæc diverſitatis ratio dari queat, quod ejerans firmamentum ponat in juſtitiâ non obtinendâ, is verò qui appellat vel reviſionem poſtulat non in deſperatione ſed in ſpe & fiduciâ juſtitiæ obtinendæ ſe fundat, nec damno infecto, uti ejerans facit, proſpicit, ſed id quod ſententiâ latâ factum eſt, corrigere ſtudet. *l.* 1. *pr. ff. de appellat.*

22. Quando autem *juſtitiæ* hic mentio fit in deſcriptione, per eam non virtus aut habitus, nam de eo deſperare religio Chriſtiana nos vetat & ratio civilis. *arg. l.* 51. *pr. ff. pro ſocio.* Juſtitia ergò hic actionem in judice juſtam ſignificat, uti alias latinè dicitur & docui *in ſpicil. ad pr. Inſt. de I. & I. verb. tribuendi. n.* 5.

23. Verba *juſtitiæ non obtinendæ* porrò oſtendunt hoc juramentum perhorreſcentiæ diſtare ab aliis ejus ſpeciebus, quæ ob fugam debitoris vel malos mores locum ſibi vindicant, de quibus poſteà diſquiretur & jam dicere repræſentavi *cap.* 1. *n.* 8.

24. Scripſi *judicem* rejici. Eo verbo hodiè veniunt cuncti, quibus judicandi poteſtas ſive juriſdictionis, ſive imperii, ſive etiam notionis vi aut ex ſpeciali conceſſione data eſt. *rubr. C. de juriſd. omn. judic. l.* 99. *ff. de V. S. l.* 2. *C. de pedan. judic. Ius Omland. lib.* 1. *art.* 1.

25. Recuſamus autem hoc juramento judicem *cætera competentem*. Diverſum ergò eſt à præſcriptione fori, uti pulchrè oſtendit Ant. Faber *Cod. Sabaud. lib.* 3. *tit.* 4. *def.* 5. *n.* 8. 9. *&* 10. Nam licet in hac ſacramentum non interveniat, tamen cauſa cur judex non ſit competens ante litis conteſtationem allegari etiamque liquidò probari debet. *l. fi. C. de except. l.* 4. *C. de juriſd.* Gilhauſ. *arb. jud. civ. c.* 5. *ram.* 10. *n.* 2. *&* 78. Vinn. *ad §.* 11. *I. de except. n.* 10.

26. Et quidem eum quis declinat hoc ſacramento, *quem ſuſpectum eſſe vel probare nequit* ideò, quod cauſa cur illum judicem perhorreſcat ei ſoli nota ſit & ab ejus tantum conſcientiâ & mente

pen-

pendeat, *cap.* 1. *n.* 18. de eâ nemini niſi Deo apertè conſtare poteſt. Illc enim ſolus eſt χαρδιογνώσης, ut hâc in re quæ in mente & animo perhorreſcentis tantum conſiſtit, ejus ſacramento ſtandum ſit. Decius *conſ.* 256. *n.* 9. Cunrad. Rittershuſ. *reſponſ. Altorph.* 90. *§. ſtatur.* Richter 1. *deciſ.* 8. *n.* 46.

27. Vel perhorreſcens ideò cauſam *probare nequit*, quia non eſt ſufficiens & ſatis idonea ad judicem repellendum, tanquam ſuſpectum. Cum tamen animo horrorem ſummum ideò conceperit, *de prædicto timore fidem judici faciat ſaltem per proprium juramentum*: uti ait Pontifex *in d. c.* 11. *§. cum verò.*

28. Quid enim intereſt quo metu compulſus, dum conſtet per ſacramentum ejus eruditum, illum non eſſe vanum? Et notum eſt alios aliis eſſe timidiores, uti eleganter docet Weſenbec. *parat. ff. quod met. cauſ. n.* 3. *in fi.*

29. Ad hoc juramentum etiam quis confugere cogitur, quia *ejus rei ſuſpicionis* ſcilicet, *cauſam allegare non audet*, uti poſtrema deſcriptionis verba ſonant & teſtatur Vinc. Carocius *de remed. contra præjud. ſent. except.* 120. *n.* 10.

30. Quæ optimam lucem capiunt ex eo quod DD. Ordines Ducatus Cliviæ & Comitatus Marcæ *die* 15. *Febr.* 1668. illuſtri regimini Clivenſi exhibuerunt, verbis: *woducrh dan ein ſölches*
„ *in rechten zuläſſiges juramentum per indirectum gantz außgeſchloſſen*
„ *wird / indeme die parthenen offtmahls erhebliche uhrſachen wiſſen*
„ *und haben / welche ſie nicht eben bekant machen durffen / noch*
„ *jedes mahls beweiſen können /*
„ *So wird gebeten daß ſolcher beweißthumb und angedrewete ſtraffe*
„ *abgeſtalt / und deßfalß beyden gemeinen rechten gelaſſen werden*
„ *mögen.* Verbo tenus reddam. *Per quod ejuſmodi* perhorreſcen-
„ tiæ ſcil. quod ſuo nomine appellaverant in iis quæ præcedunt,
„ *in jure permiſſum juramentum per indirectum planè tollitur, cum litigan-*
„ *tes ſæpius relevantes cauſas ſciant, & habeant, quas allegare ita non*
„ *audent nec ſemper probare queunt. Ideò petitur ut ejuſmodi probatio, &*
„ *ſancita pœna abrogetur, & eâ in re juri communi relinquantur:*

 31. Ad

31. Ad quod nomine Sereniſſimi reſcriptum fuit, Jn dieſem ſolle das gemeine recht und die übliche *obſervantz* ſtatt greiffen und in ſo weit das *publicirtes decretum quoad pœnam* aufgehoben werden und ſein. Id eſt. *In hac re jus commune & obſervatus mos locum capiet & eatenus publicatum decretum quo ad pœnam ſublatum eſto.*

CAPUT III.

Quomodo juramentum hoc differat à recuſatione ſuſpecti judicis*? & cur in hac ſuſpicionis cauſa probari debeat?*

1. UTrumque optimâ & egregiâ ratione conſtat! Apparet autem tam inde quàm ex totâ deſcriptione quod hæc res etiam planè differat à *recuſatione judicis ſuſpecti*. Qui enim ad juramentum perhorreſcentiæ provocat, ille omne firmamentum ſtatuit in ſuo horrore, neque ideò ſtatim judicem ſuſpectum dicit, cum ob adverſarii potentiam quam & ipſe judex formidare debeat, judicem averſari fortè compellatur. *d.c. 11. §. cum verò. de reſcript. in 6.*

2. Cum verò quis judicem dicit ſuſpectum, tunc onerat famam judicis, *arg. l. 10. C. quando provoc. non eſt nec.* Imbert. *1. inſtit. for. 49. lit. f.* prodit enim palàm quod aliquid inſit ipſi judici cur eum recuſet. Et quia ex uſu fori id hodiè fieri nequit niſi ex cauſis prægnantibus, quæ ſignatè treffenliche und beweagliche uhrſachen appellantur *in Iure Iul. & Mont. cap. 20.* & erhebliche uhrſachen dicuntur *in Lib. Imper. civit. Tremon.* Gerichts-Ordn. *art. 1.*

3. Hinc ſuſpicionis cauſâ non probatâ vel reip. rectores vel alii homines ſuſpicari poſſent judicem aut ſordibus corruptum aut aliter contra jus hominum & fas Deorum peccaſſe. Sæpè enim accidit, quod vetere jactatur proverbio: *Calumniare audacter ſemper aliquid hæret.*

4. Et hæc ratio eſt cur cauſæ ſuſpicionis probatio neceſſaria ſit. Neque enim vagari debet cum diſcrimine alienæ exiſtima-

tionis

tionis ſed deſignare & certum ſpecialiter dicere, uti ait Ulpianus in *l. 7. pr. ff. de injur. l. 16. ff. de dolo malo.*

5. Eſt autem ſuſpecti judicis cauſa exprimenda jure quoque civili, *l. 9. pr. ff. de lib. cauſ.* ex ſententiâ veteris interpretis Martini, quam ita veram ut euangelium verum ait Fred. Senenſ. *ad l. 16. C. de judic.* quamque probant Franc. Raguell. *ad d. l. 16.* Vultejus *de judic. lib. 2. c. 7. n. 224.* Ilico Ummius *diſp. ad proceſſ. 1. n. 57.* Diſſentit poſt Johannem veterem etiam interpretem & DD. Comm. Donellus *17. comment. 25.* & ejus epitomator Vinnius *1. Iuriſpr. 15.*

6. Sed & probanda eſt ab eo qui fundamentum ſuum poſuit in ſuſpicione. Octav. Cacheran. *dec. Pedem. 84. n. 6.* Alioquin injuriarum tenetur, uti poſt Bald. & Angelum docet Bajard. *ad Iul. Clar. recept. ſent. §. injuria. n. 28.* Carpzov. *p. 4. Iuriſpr. for. conſt. 42. def. 9. n. 4.* Quodque magis eſt, aliâ quoque pœnâ coerceri poteſt. poſt Bajard. & Cavalcan. Chriſtinæus *2. deciſ. 148. n. 9.* Mornac. *ad l. fi. C. de judic.*

7. Et licet ſolum jusjurandum loco probationis cedere opinentur Gloſſ. *ad d. l. 16.* Bart. *ibid. &* Bald. *n. 7.* Salicet. *n. 7.* Caſtrenſ. *n. 8.* Seraph. de Seraphinis *de privil. juram. pr. 7. n. 2. ibique* Mart. Benekendorf. *in not. n. 1.*

8. Contrarium tamen communiore interpretum calculo receptum & uſu forenſi comprobatum, uti teſtes in eam rem ſunt Maſcard. *de probat. vol. 2. concl. 953. vel ut in al. edit. 954. n. 8.* Pacian. *de probat. lib. 2. c. 45. n. 89.* Chriſtinæ. *d. deciſ. 148. n. 20.* Don Chriſtoph. Creſpi de Valdaura *tom. 1. obſ. 9. q. 4. n. 18. & 19.*

9. Quod & juri Omlandico conveniens eſt. Nam in ejus *lib. 1. art. 26.* legitur, bewijſen aldaer den rechten genoeghſaem / dat hy geen Richter behoort te weſen / Id eſt oportet *ſufficienter probare apud* ſuperiorem *magiſtratum quod is* inferior *judex eſſe non debeat:*

10. Cum id enim jubeat, ut veritas cauſæ, ob quam judicem ſuſpectum dixiſti, oſtendatur genoeghſaem / quod eſt idem ac

 ſi di-

ſi diceres *ſufficienter*, Wehner *obſ. pract. verb.* gnugſamb. Cujus ſynonimum cum ſit *ſat* & *liquidò*. Richter *de adverb. lit. S. n.* 4. ejus in locum non ſuccedit jusjurandum, quia hoc non ſufficit quandò lex requirit, ut *liquidò* res probetur. Jaſon. *in l. ſi quando C. Vnde vi. n.* 9. ubi allegat Salicetum. Georg. Frantzke 2. *var. reſol.* 14. *n.* 29.

11. Fortius id de jure hujus provinciæ adſerere audeo ideò, quod ſecundum illud etiam judex ordinarius tanquàm ſuſpectus à cauſæ iſtius cognitione in totum removeri queat. *d. lib.* 1. *art.* 28. wanneer een Richter is verklaert partyich ofte onbequaem / ſal de naeſte in ſyn ſtede gaen en de ſaeck richten. *Si judex fit declaratus adverſus vel inidoneus, proximus in ejus locum ſuccedet & cauſam diſceptabit*: Quod & continetur inſtitutis Tremon. *d. art.* 1. *in fi. ibi.* umb einen anderen ahn ſeine Statt zu verordnen/ angeſucht werden: *ad alium in ejus locum ſufficiendum, petetur.*

12. Hoc enim caſu jure quoque civili atque adeò omni, ad removendum ordinarium judicem, haut ſatis eſſe ſacramentum ejus, qui eum ſuſpectum dixit, ſed ſuſpicionis cauſam probandam eſſe poſt Capycium & Marantam ſcriptum reliquit Seraph. de Seraphinis *d. priv.* 7. *n.* 7.

13. Quanquam, ut nil diſſimulem, mihi fixum immotumque animo ſedeat, id non eſſe jus ſingulare hujus provinciæ, quod ordinarius judex poſſit in totum removeri ratione ejus litis decidendæ, ſuper quâ ejus ſuſpicio allegata, ſed & jure canonum, *c.* 4. *x de foro comp. c.* 61. *x de appellat.* Gail. 1. *obſ.* 33. *n.* 1. Maſcard. *d. l. n.* 14. atque etiam civili id conſtitutum eſſe. *d. l.* 9. *de lib. cauſ. l.* 4. *C. de ped. jud. l.* 1. *C. ſi quac. præd. pot.* Cardin. Hoſtiens. *ſumm. aur. tit. de recuſ. n.* 1. Cujac. 9. *obſ.* 23. Ummius *d. diſp.* 1. *n.* 56. Zoeſ. *ad tit. ff. de judic. n.* 96. Struve *ibid. n.* 11. Richter *ad auth. offeratur. C. de lit. cont. n.* 6. Etiamſi aliter ſentiant Bartol. *ad d. auth. n.* 1. Jaſon. *ibid. n.* 4. Maſcard. *d. l. n.* 15. Seraphin. *d. l. n.* 5. *ibique* Benekendorf. *n.* 2. Merula *prax. civ. lib.* 4. *tit.* 40. *c.* 4. *n.* 2. & Chriſtinæ. *d. dec.* 148. *n.* 17.

14. Hæc

14. Hæc tamen minimè trahenda ſunt ad jusjurandum perhorreſcentiæ, licet id velle videatur Roſenthal. *de ſeud. cap.* 12. *concl.* 4. *n.* 63. Abſurdiſſimum enim foret eum jurare, qui ſuſpicionis cauſas probaſſet, adeò ut ei allegandum eſſet quod exſtat apud Ulpianum *in l.* 13. *in fi. ff. de jurej.* *προπετῶς μὴ ὄμνυε: petulanter ne jurato*:

15. Hoc idem ſenſit olim Gloſſa. *ad d. c. ſtatutum.* §. *cum verò. in verb. ſaltem.* Ubi inquit, *Nota quia ſi aliter fides fieri poteſt, id fieri debet, ad juramentum enim recurritur ſolùm in aliarum probationum defectum*:

16. Nec quiſquam erit qui contra res judicatas & juriſprudentiæ forenſis auctorum ſententiam negaverit à Papâ Bonifacio jus novum eſſe introductum, cum id utriſque probetur, uti videre eſt *deciſ. rota Rom.* 3. *tit. de reſcript. n.* 1. Camil. Borell. *tom.* 1 *deciſ. tit* 56. *n.* 4. *&* 50. Felin. Sand. *ad d. c.* 4 *n.* 13. Mynſing. 3. *obſ.* 58. Annot. *ad Roding. pand. Camer. lib.* 1. *tit.* 15. *n.* 11.

17. Ratio autem cur tunc, ſi judex tanquam ſuſpectus recuſatur, cauſæ probatio neceſſaria ſit, nec hac in re jurijurando ſtari poſſit, prætereà depromi poteſt ex eo quod dixi judicis arbitrio eum puniri poſſe, quando eam non oſtendit eſſe veram, ut citra metum perjurii id ſacramentum recipi nequeat, uti in re ſimili docent Coras. *ad l.* 31. *ff. de jurej. n.* 32. & Carpzov. *prax. crim. p.* 2 *q.* 97. *n* 9. *&* 10.

18. Prætereà non favorem meretur, qui contra charitatis Chriſtianæ officia ſtatim vel famam vel exiſtimationem judicis onerare cœpit per id quod eum ſuſpectum appellavit. *arg. l.* 37. §. 1. *ff. de minor. c. fi. x de immun. eccleſ.* Pruckman. 2. *conſ.* 5. *n.* 277.

19. Quod contrà fieri debet, quoties quis ex horrore bono, quem erga ſanctiſſimum numen habet, parcit exiſtimationi & famæ ſui proximi, *arg. Luca* 18 *verſ.* 11. *& ſeq.* & ſe in horrore tantum ſuo ſibique ratione damni infecti ſatis malo, fundat, nam is nulli niſi ipſi & Deo notus. Cam. Borell. *tom.* 1. *deciſ. tit.* 56. *n.* 45.

Cap. IV

CAPUT. IV.

Contraria ſolvuntur, Pacianus, Donellus *&* Mevius *refutantur & leges declarantur.*

1. NOn ergò cum Fulvio Paciano aliiſque quos poſteà refellam, opinemur jusjurandum haut ſatis eſſe pro probatione, uti is ſcribit *lib.* 2. *de probat. c* 46. *n* 101. 102. *&* 103. Aliter enim docent cunctì juris noſtri conditores, quos antea adduxi, *c.* 3. *n.* 16. quique indiſtinctè jusjurandum ſufficere ajunt atque alicujus cauſæ probationem à perhorreſcente non flagitant, quod etiam minimè faciunt Jacob. Puteus. 1. *deciſ.* 279. *pr.* Marcel. Cala *de modo artic. & prob. gloſ. un.* §. 2. *n* 841. Caſp. Guil. Scipio *lib.* 3. *deciſ. rotæ Spirens.* 213. Cacheran. *conſ.* 69. *n.* 11.

2. Sed & ipſe Pacianus *d. c.* 46. *n.* 110. poſteà ſubjicit, *quod ſi poſteà dubitabitur an propter illam cauſam quis timeat, an non, tunc de timore teſtabitur ipſius juramento*: Eſt ergò in eàdem mecum ſententiâ, quam auctoritate Gloſſæ firmavi *c.* 3. *n.* 15.

3. Nil ergò contra me faciunt quæ prolixo ſermone contra hoc *juramentum perhorreſcentiæ* diſputavit memoratus Pacianus. Cum tamen ea ſpeciem habeant magnam, pauca iis reponam. Primum ejus atque ſecundum argumentum eſt, quod jusjurandum non eſt probatio ſed probationis relevatio. *d. c.* 46. *n.* 101. Surdus *conſ.* 499. *n.* 7.

4. Verum cum hæc enuntiatio ſuum officium tunc perdat, quando lege vel moribus cautum, ut ſacramentum loco probationis cedat, uti juris auctoritate oſtendunt Lud. à Peguera QQ. *crim.* 23. *n.* 5. Hieron. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 60. *n.* 9 mirum nemini videatur, quod illud hic ſatis ſit. Maſcard. *de prob. vol.* 2. *concl.* 954. *vel ut in al. edit.* 955. *n.* 9. Præſertim cum ea regula exceptionem patiatur, ſi difficulter res aliter probari queat. Joh. Stuckius. 1. *conſil.* 4. *n.* 539.

5. Tertiò ait quod licet metus conſiſtat in animo, tamen naſcatur ex cauſâ extrinſecâ, eam ergò prius apertè probari oportere.

tere. Aſt is ipſe Pacianus, uti dixi, deinde largitur, quod ſi de eâ dubitetur jurijurando locum fore. *d. c.* 46. *n.* 110.

6. Pro quarto ſic *d. c.* 46. *n.* 105. & 106. argumentatur; *Iuramentum in ſubſidium non competit, quando præſumtio juris eſt in contrarium. Sed timor violentiæ non præſumitur in illo, qui deget in civitate quæ legibus & magiſtratibus gubernatur, ergò qui metum allegat debet illum per apertiſſimas probationes demonſtrare & non per juramentum, ut adnotaverunt Gloſſ. Batt. Bald. Angel. & Fulgoſ. in* l. fi. pr. ff. quod met. cauſ.

7. Reſpondeo (1) quod ex hac lege non oriatur præſumtio juris & de jure ſed juris de facto. Petr. Coſtal. *ad d. l. fi.* Quare contrariam probationem recipit non ſecus ac aliæ ejuſmodi præſumtiones, quas probationibus vinci argumento *d. l. fi.* docet Maſcard. *vol* 3 *de prob. concl.* 1378. *n.* 73. Ut proinde hic ſacramento perhorreſcentis locus ſit, per ea quæ tradit idem auctor *vol.* 2. *concl.* 1057. *n.* 8.

8. Sciendum eſt (2) præſumtionem unam ceſſare, ſi alia accedat quæ fortior ſit. Maſcard. *d. vol.* 2. *concl.* 1056. *n.* 6. Longè autem fortior eſt ea, quæ facit huic ſacramento locum, cum nemo immemor ſalutis æternæ præſumatur. *l. fi. C. ad L. Iul. repet.* Menoch. 2. *præſumt.* 61. *n.* 1. & 2. & pulchrè Cacheran. *deciſ. Pedem.* 66. *n.* 14.

9. Nec reticendum eſt (3) quod adducta lex concepta ſit de eo caſu, quo quis cauſatur metum, ut reſcindatur id, ad quod vel in quo jam alteri jus quæſitum. Conſtat autem hac in re non facilè jusjurandum recipi, veluti poſt Abbat. & Felinum in ſimili re argumentatur Hippol. Riminald. 3. *conſ.* 323. *n.* 2.

10. Sed rejectio judicis eſt res modici præjudicii, uti poſt Anchor. & Alexandr. loquitur Seraphin. *d. pr.* 7. *n.* 3. ut juramentum iſtud hic facilè locum inveniat. Sichard. *ad l.* 14. C. *de judic. n* 14.

11. Et ſi dare & prætermittere velim, quod hac in re tertii, cum quo lis eſt, interſit: quia is procul à laribus & fortunarum

ſede cum rerum ſuarum neglectione majorumque expenſarum erogatione judicio contendere nec non primi ſui fori beneficio carere cogatur. *arg. l.* 4. *C. de juriſd. Nov.* 86. *c.* 1.

12. Quod enim ad expenſas adtinet, eas recipiet ſi juſtam habuerit cauſam. *l.* 13. *§.* 2. *C. de judic. c. finem litib. x de dolo & contum.* Gail. 1. *obſ.* 24. *n.* 1. Quod ſi ea ipſi non fuerit, ſibi imputet quod contendere potius maluerit quàm cedere. *arg. l.* 203. *ff. de R. I.*

13. Si adverſarii cauſa fuerit dubia litiſque incertæ, cur non potius cum eo tranſegit? *arg. l.* 1. *ff. de tranſact. junct. d. l.* 13. *pr.* Sed etſi damnum & incommodum ſentiat, id neminem fugere debet, majorem imò ſummam rationem eſſe quæ pro æquitate facit, nam noſtra diſciplina eſt ars æqui & boni. *l.* 1. *§.* 1. *ff. de I. & I. l.* 90. *ff. de R. I. l.* 8. *C. de judic.*

14 Quid verò iniquius eſſet quàm coram judice litigare quem perhorreſcis ex cauſâ, quàm teſtibus aut inſtrumentis quidem probare non potes, mente tamen tuâ ita tenes & ſentis, ut horrore ideò contremiſcas & metuas ne cauſa tua triſtiſſimum ſortiatur effectum, uti diſſerit Tancred. *de ord. judic. lib.* 2 *tit.* 7. *pr.*

15. Ut non memorem (4) quod Ulpianus *in d. l. fi.* loquatur de metu illato non à judice ſed ab alio privato. Hic autem nobis ſermo de horrore quem ab ipſo magiſtratu patimur, quodque id accidere aliquando poſſit evidenter colligitur ex *l.* 3. *§.* 1. *ff. quod met. cauſ. & arg. l. pen. ff. de I. & I. l.* 55. *ff. de re jud.*

16. Si enim in re ad ſe non pertinente iniquè & malè decernere queat, vereri utique potes ne in te cudat fabam & malè pronuntiet ex cauſâ, cujus mens tua ſibi conſcia quæque jam ipſum judicem tangere cœpit, vel quod terrificetur à tuo adverſario vel huic benè & tibi malè velle jam ex ſignis conjectes non tantum ſed & in animo tuo firmiſſimè credas. *arg. d. c.* 11. *§. cum verò. ibi. meritò. & Gloſſ. ibid.*

17. Omittendum id etiam non eſt, (5) quod ſæpè memoratus Ulpiani locus agat de eo *qui claram dignitatem ſe habere praten-*

debat:

debat: quique allegat metum ſibi illatum fuiſſe eo in loco, ubi & copia hominum magna & magiſtratus fuit, qui adiri potuerit; quo etiam pertinent exempla Mornacii *ad d. l. ſi.*

18. Quot autem non litibus impliciti qui clarâ dignitate non fulgent? An non etiam ſœpiſſimè contingit, ut non ſuperior in eo loco magiſtratus ſit? Hæc ſanè cum ita revera ſint, quis negaverit amplius juramento perhorreſcentiæ ſtandum eſſe? Cum etiam leviores probationes ſufficere ſcripſerit Ant. Faber *in ration. ad d. l. ſi. pr.*

19. Quintò allegat Pacianus *d. l. n.* 107. ſibi conſentientem Joh. Andræam. Sed cum uterque ſcribat de eo qui adſerit locum non tutum, id nos turbare non debet, cum facilius hoc probari poſſit, quia id à cauſâ extrinſecâ magis ſœpè pendet, Pacian. *d. l. n.* 104. ideòque jusjurandum tunc non ſufficit. Zanger. *de except. p. 2. c. 5. n 6.*

20. Pergit dicere; *Sextò ſi talis probatio per juramentum indiſtinctè admitteretur, eſſent ſuperfluæ leges, quæ dicunt vani timoris nullam eſſe habendam rationem: Nam quilibet inaniter ac temerariè timens, jurando ſe timere eluderet diſpoſitionem legis. Imò dixit Staſilaus, quod hodiè in cauſis profanis ſecundum aliquos practicos non ſit conſideratio ad juramentum perhorreſcentiæ, & hoc propter periculum animarum, cum multi ſint faciles ad jurandum & faciliores ad dejerandum.*

21. Reſponſum ſibi (1) habeat, non *indiſtinctè* eum admitti ſed probabili ſuſpicionis cauſâ accedente uti Notator *ad Roding. d. tit.* 15. *n.* 11. ſcribit & apertis tibiis è loco tradetur.

22. Fatetur (2) ipſe noſter Fulvius quod tunc ſi *præſumtiones & indicia timoris præceſſerunt ſuper metu perhorreſcentiæ conceditur juramentum*: uti ex Anchorano docet *d. c.*46 *n.* 108. *§. vel alio modo.*

23. Non eſſe vanum timorem (3) efficit jurisjurandi religio. Quod licet ſemper ob metum numinis terribile ſit, uti inquit Reuſner. 3. *dec.* 2. *n.* 51. tunc tamen maximè vani timoris præſumtionem tollit, ſi is qui ait ſe perhorreſcere benè prius fuerit edoctus quid id ſit & quàm gravis pœna perjurio poſita; quod

ein gelehrten eyd Germani appellant. P. H. O. *Caroli* V. *art.* 107. Beſold. *th. pract. lit. G. n.*29.

24. Porrò (4) religioni judicantis relinquitur, an velit decernere jusjurandum perhorreſcenti. *arg. l.* 184. *ff. de R. I. junct. l.* 1. *in fi. ff. de jure delib.* Nam ſœpe in foro negatam fuiſſe hujus ſacramenti facultatem ei, qui non horrore gravi ſed levi metu, quem Galli *une terreur Panique* appellant, timebat, ne æquum jus obtineret, accepi & memini. Pro quo facit Gloſſ. *in d. verb. meritò. nota verbum: quia diceret ſe dubitare ubi non eſt dubitandum, non excuſatur:*

25. Stafilæi auctoritas nos frangere non debet, cum nemini major fides adhibenda quam ejus rationes potuerint, uti ex Auguſtino ſcribit Franc. Sarmiento *in præfat. defenſ. contra Navarr.* Deinde quia ſupremæ curiæ id juramentum amplexæ. *arg. l.* 37. *ff. de ll.* & tot tantique alii juris interpretes contrarium docent: *arg. l. un. C. Theod. de reſponſ. prud.* ubi legitur; quod licet Papinianus ſingulos vicerit, ejus tamen auctoritas duobus cedat. Idem Rabbi Joſe Ben Chilpeta adſcribunt Ebræi, uti videre eſt apud Seldenum *de jure nat. & gent. ad diſcipl. Ebræor. lib.* 3. *cap.* 9.

26. Ratio Stafilæi à periculo perjurii deprompta ſi vera eſt, multum jurisjurandi genus tollendum erit. Tollatur abuſus per obſervationem ſacramenti eruditi eines gelehrten eyds & maneat uſus hujus compendii juridici! *c. neque enim.* 14. *q.* 5. Oldekop. *de jurej. in alter. anim. n.* 85. *&* ego *tract. eod. c.* 4. *n.* 19. *&* 20.

27. Vulgò creditur diſſentire Gailius 1. *obſ.* 28. *n.* 3. Sed eum rectè de caſu denegatæ vel protractæ juſtitiæ interpretatur Greven. *d. conſid.* 1. *n.* 3. Cum enim id non ab animo litigantis ſed à facto non ſolum judicis ſed & litigantis pendeat, non præſumitur in judice negligentia, niſi oſtenſa ſit legitima requiſitio, uti pro Gailio ratiocinatur Setſer. *de juram. lib.* 4. *c.* 12. *n.* 14.

28. Objiciat mihi aliquis quod admiſſâ hâc ſententiâ, judex ſuæ juriſdictionis exercitio non ſine dedecore privaretur, uti in re ſimili eſt ſermo Carpzovii *in proceſſ. jur. tit.* 3. *art.* 4. *n.* 92.

29. Ut

29. Ut non reticeam, quod juriſdictio res patrimonii ſit effecta, uti alibi docui *in tract. de jure in re & ad rem c.22. n.40.* Cujus fructus cum in ſportulis conſiſtat, is nemini detrahendus. *arg. l. 2. ff. de his qui ſui vel al. jur. l. 11. ff. de R.I.* Quæ ſunt argumenta diſſentientis ampliſſimi Mevii 2. *deciſ.* 154. *n.7. & ſeq.*

30. Dico autem neutrum hac in re metuendum eſſe. Non prius, quia probè dividendum inter recuſationem judicis ſuſpecti & ejus ejerationem quæ fit à perhorreſcente, uti plenè docui *c. 3. n. 1. 2. 3. 4. 17. 18. & 19.* Cumque alia conjectura hic capi poſſit, ſequitur injuriæ nomine ejerantem non teneri. *arg. l. 3. §. 1. ff. de injur.* Cravetta *p. 1. conſil. 9. n.20.* Farinac. *p. 3. de crimin. q. 105. n. 118.*

31. Silere nec hoc debeo, quod non allegans judicem ſuſpectum ſed ſe ſolum in ſuo horrore fundans, jure ſuo utatur, *d. c. 11. de reſcript. in 6.* quare injuriæ reus dici nequit. *arg. l. 13. §. 1. ff. d. t.* Carpzov. *p. 4. I. F. conſt. 42. def. 9. n. 3.* & eleganter ipſe Mevius *p. 1. deciſ. 51. n. 3. 7. & ſeq.*

32. Alterum à jacturâ ſportularum tractum ſi quid efficere poſſit, ſæpius judex ſuſpectus tolerandus erit contra legum ſcita. *l. 12. l. 16. C. de judic.* Sed & illud ſcias quod privati hominis commodum publicæ utilitati cedere debeat. *l. un. §. 14. C. de cadac. toll.* Surdus *deciſ. Mant.* 255. *n.* 11.

33. Quod etiam naturalis juſtitia ita velit ſuum cuique tribui, ut non diſtrahatur ab ullius juſtioris petitione. *l. 31. §. 1. ff. depoſiti.* Perhorreſcens autem juſtius petit, quia de damno, judex autem de lucro certat. Cardin. Tuſchus *pract. concl.* 14. *n.* 5. *& per tot. lit. D.*

34. Fruſtra tandem allegat D. Mevius *d. deciſ. 154. præſumitur pro judice melius & non debet ſtari in re tanti momenti ſoli juratæ aſſertioni, nec tribui id nudæ alicujus ex affectu aliquando ſequiori opinioni, nec etiam dum alio remedio conſultum eſſe poteſt in judicis contumeliam extra ſolitum judiciorum ordinem permitti:*

35. Nam præſumtio debet cedere veritati, quam perhor-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

reſcens ſuo jurejurando teſtatur. *arg.* §. 11. *I. de action. l.* 5. §. 2. *ff. de jurej.* Schneidewin. *ad d.* §. 11. *n.* 1. Deinde præſumtio debilior vincitur per fortiorem, poſt Bald. Decium & Jaſonem Carpzovius *lib.* 2. *Juriſpr. conſiſt. tit* 12. *def.* 209. *n.* 6. Longè autem fortior eſt ea quod nemo cum periculo animæ ſit pejeraturus. *c.* 4. *n.* 8.

36. Præterea ignorare non debes quod iſtud enuntiatum *præſumitur pro judice*: multis modis fallat teſte Joh. Herm. Stam *lib.* 2. *de ſervit. perſon. c.* 20. *n.* 6. Unde traditum eſt, neminem præſumi bonum in præjudicium tertii; uti poſt Gloſſ. in terminis termin. *d. c. ſtatutum* Felinum, Decium & Menochium ſcribit Vinc. Carocius *de remed contra præjud. ſent. except.* 120. *n.* 13.

37. Quod de *re tanti momenti* dicit id minimè verum eſt uti repræſentavi *h. c.* 4. *n.* 10. Hinc diſcimus facilius repelli poſſe judicem quàm teſtem. Zaſius *ad d. l.* 16. *C. de judic. n.* 20. Maſcard. 2. *de probat. concl.* 953. *n.* 18 Farinac. *fragm. crim. p.* 2. *verb judex. n.* 788. Maynard. 1. *deciſ. Tholoſ.* 88. *n.* 3. Hiltrop. *lib.* 3. *proceſſ. c.* 13. *n.* 20.

38. Hoc quoque quod de *ſequiore opinione ex affectu* allegat nil facit propter jurisjurandi relligionem, & ſi velit ut pro judice præſumatur cur non etiam pro ejerante, cum omnis homo præſumatur bonus donec contrarium probetur. *arg. l.* 18. §. 1 *ff. de probat. c. dudum.* x̄ *de præſumt.* Weſenbec. *parat. ff. d. t. n. ult.* Menoch. 2. *præſumt.* 61. *n.* 1. & 2.

39. Vellem ut explicuiſſet quàle id ſit *aliud remedium*, quo perhorreſcenti conſultum eſſe poſſit. Si de recuſatione judicis ſuſpecti loqui ſentiat, id remedium ſæpè arripi non poſſe ſciat uti traditum *c.* 3. & 4. *per tot.* Si verò appellationem intelligat, prius gravatum eſſe perhorreſcentem oportebit, an ergò non melius eſt per ejerationem in tempore prævenire quàm poſt vulneratam cauſam remedium appellationis quærere? *l. fi. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. neceſſ. non eſt.*

40. Præſertim cum ita ſumtibus in primâ inſtantiâ erogandis parcatur, quod ut fiat reip. intereſt uti ſcripſi *in tract. de jurej. in*

alt.

alt. anim. cap. 10. *n. ult.* & docent Pruckman. 1. *conſ.* 46. *n.* 115. Georg. Mundius à Rodach *de diffamat. c.* 6. *n.* 32. & 33.

41. Poſtremum à *judicis contumelia* depromtum hoc jam confutatum antea, quodque *contra ſolitum judiciorum ordinem* id fieri refert, id oppidò falſum. *c.* 2. *n. ult. c.* 3. *n.* 16. & *c.* 4. *n.* 25. Cum in tribunali Germaniæ ſupremo id in viridi ſit obſervatione, cur id Viſmariæ non ſequuntur? Nam licet inde Spiram non provocetur, cum tamen Imperio ſubjecti ſint, id, ſi vellent, ſequi poſſent. *arg.* §. *fi. I. de ſatiſdat.* R. A. zu Regensburg. 1654. §. 137. Mundius *de diffamat. c.* 7. *n.* 37.

42. Addam & hoc quod judex qui ejeratur id ægrè ferre non poſſit, ſi velit ſequi moderationem hominis pagani. Licet enim D. Paulus perſtringeret Feſtum; *æquitas tamen hominis Romani obſervanda eſt, qui provocanti à ſe ad Cæſarem indulſit, quæ res videbatur cum ſui aliquâ ignominiâ conjuncta eſſe*, uti ſcribit Bened. Aretius *ad Actor. c.* 25. §. 3. & Jacob Gordon. *ibid. verſ.* 1.

43. Nec eſt quod quis dicat jusjurandum contra jus ſuperioris & in fraudem juris communis factum non valere? Carol. Molinæ. *conſ.* 14. *n.* 11. Loquitur enim ibi eo ſenſu qui expreſſus eſt *tot. tit. C. res inter al. acta al. non noc.* Vide Steph. Bertrand. *vol.* 1. *part. poſt. conſ* 26. *n.* 2.

44. Vanum ajat quis eſſe hoc jusjurandum, cum præſtetur de re quæ ab alterius animo pendet. Wames. *cent.* 4. *conſ. civ.* 86. *n.* 4. Richter 1. *deciſ.* 8. *n.* 46.

45. Perhorreſcens enim non de veritate ſibi cognitâ, ſed de opinione quàm de alio habet jurat, ejuſque ſacramentum non eſt veritatis ſed credulitatis, quia eſt ſpecies juramenti calumniæ, *c.* 2. *n.* 16. hoc enim eſt credulitatis. Guil. Durandus *ſpecul. lib.* 2. *partic.* 2. *rubr. de juram. calumn.* §. 1. *n.* 12. Perez. *ad Cod. tit. de jurej. propt. calumn. n.* 14.

46. Breviter ajo, quod hic ejerans qui terrificatur ſit inſpiciendus. Is autem cum de veritate ſui horroris ſibi planè conſcius ſit, non in facto alterius ſed in re eâ, quæ ejus animo inſidet, firmamen-

mamentum ſtatuit, nec dicit er glaube nicht: ſcil. *ſe non credere*, ſed er getrawe nicht recht zu erhalten / id eſt *ſe non confidere jus obtinere*: rectè de eâ ſacramentum dicit. Decius *ad l. in omnib. cauſ. ff de R. I. n.* 9. Nic. Boër. *deciſ.* 101. *n.* 2.

47. Non adverſatur quod judicem contemnat qui ad alium it. *l.* 11. *ff. de recept. arbitr.* Contemptus autem maximè in judice vitandus; uti ex Ariſtotele ait Mornacius *ad d. l.* 11. Iſte enim locus conceptus eſt de eo qui non ex horrore neque cum jurejurando rejicit eum quem anteà liberâ voluntate elegit, unde citra contumeliam reprobare nequit eum qui ante à ſe probatus fuit. *l.* 9. *ff. de negot. geſt.*

48. Tandem hoc fortè quis verbis Donelli *lib.* 18. *comment. jur. cap.* 25. dixerit; *abſurdum eſſe in poteſtate litigatoris privati judicem improbare quem velit, eos habere quos velit. Magiſtratus alium dabit inquies. Quid ſi & hic qui dabitur erit ſuſpectus? Res abibit in infinitum videlicet neque exitum reperiet:*

49. Habeat autem ſibi hoc reſponſum progreſſum in infinitum metuendum non eſſe, cum princeps adiri poſſit. *l.* 1. *§.* 1. *ff. à quib. appell non lic.* Deinde non duo non tres ſed ſexcenti facilè reperiri queunt, quos litigantes nec vultu nec nomine vel famâ noſcant, quoſque ideò perhorreſcere nequeant, ad quos aliàs res curanda ut ab iis decidatur, & ita non obſtat quod poſſint habere judicem quem velint, nam hoc planè permittendum non eſt. *l.* 47. *ff. de judic.*

50. Illud nullatenus repugnat quod Treutler. 2. *diſp. ult. th.* 6. *b.* ſcribit; *adeò ut nec juramentum ſufficiat, quod quis non ſperet ſe conſecuturum juſtitiam*: Nam conceptis verbis agit de quærela denegatæ vel protractæ juſtitiæ, de quâ etiam loquuntur Bachov. *in not. d. lit. b.* & Ludwel. *ad Weſenbec. parat ff. de appellat. n.* 9. Illis repone id quod Gailio allegavi *hoc cap. n.* 27. Hunc enim ut gregariæ aves ſequuntur, quare ex illo declarandi ſunt. Berlich. *deciſ.* 158. *n.* 37. Surdus *deciſ.* 59. *n.* 7.

CAP. V.

DISPUTATIO II.

Reſp. Folckhardo Butt, *Bremâ-Saxone.*

CAPUT V.

Agitur de cauſis perhorreſcentiæ tractis à perſona judicis. Cur non tàm facilè judex ſuſpectus dicatur? traditur.

1. De cauſis perhorreſcentiæ operæ precium erit ediſſertare & quidem primò de iis quæ tangunt judicem. Ubi pro primo repete regulam, quam propoſui cujuſque rationem aperii *c.* 4. *n.* 37. faciliusjudicem rejici poſſe quàm teſtem, cum iſte facilius reperiatur quàm teſtis. Raguell. *ad l.* 16. *C. de judic.* Creſpi de Valdaura 1. *obſ.* 9. *q.* 6. *n.* 62.

2. Secundò quod propter eam cauſam quæ ſufficit ad allegandum judicem ſuſpectum, etiam quis deſiderare poſſit ut admittatur ad juramentum perhorreſcentiæ. Si enim ei licet quod plus, non debet ei id quod minus eſt & per quod parcit exiſtimationi ſui proximi, *c.* 3. *n.* 18. *&* 19. non licere. *l.* 21. *ff. de R. I.*

3. Cauſas autem ſuſpicionis *quadraginta* enarrat Maranta *ſpec. aur. p.* 6. *tit. de appellat. à n.* 27. *ad* 73. Præpoſitus memoratus Vultejo *de judic. d. c.* 7. *n.* 215. recenſet *ſeptuaginta quatuor.* Sed hos vincit longè majore numero Steph. Aufrerius, qui *nonaginta* & *tres* coacervavit, *in tract. de recuſ. ſuſpect. jud. à n.* 3. *ad* 46.

4. Docet autem Vultejus *d. n.* 215. multas etiam ex minore Præpoſiti numero hodiè non ſolere attendi. Cujus dicti hanc reddendam operam exiſtimavi, tum quod allegatio ſuſpicionis perſonam judicis oneret, *c.* 3. *n.* 2. ut jura & mores proniores ſint ad eum liberandum. *arg. l.* 47. *ff. de O. & A.*

5. Tum etiam ideò quod cauſæ ſuſpicionis non pendeant ab animo & conſcientiâ allegantis tantum, ſed præcipuè a facto alieno, quare difficilior eſt earum cauſarum probatio. *arg. l.* 2. *ff. de j. & f. ign.* Maſcard. *de probat. concl.* 733. *n.* 2.

6. Meminiſſe oportebit tertiò, quod licet multæ cauſæ ſint ob quas judex tanquam ſuſpectus removeri nequit & citrà jusju-

randum rejici, attamen eas ſufficere ad eum declinandum, ſi quis adhoc ſacramentum perhorreſcentiæ provocaverit, *c.* 2. *n.* 27.

7. Nonnullas ejuſmodi cauſas adjicere nunc erit è loco. Ad hoc juramentum tutò provocas, quandò judex eſſet rivalis, tunc enim recuſari poteſt ut ſuſpectus, ſi fides Paciano *d. c.* 45. *n.* 55. & Ummio *diſp. ad proceſſ.* 1. *n.* 63.

8. Poterit ergò multò magis cum jurejurando declinari. *c.* 5. *n.* 2. Cui hic locus eſſe debet ut intelligamus an ideò judicem perhorreſcat, & eſſe poteſt, quia amor aliquando miſcet fas & nefas. *l.* 2. *§.* 24. *ff. de O. I.* & eſt res conſortis impatiens. Gail. 2. *obſ.* 110. *n.* 23.

9. Si judex amicitiam magnam colat cum tuo inimico horrore ideò perculſus eum ejerare poteris. Maſcard. 2. *concl.* 954. *n.* 19. Cacheran. *deciſ. Pedem.* 15. *n.* 8.

10. Multò magis ſi judicem adverſarius prandio vel cœnâ exceperit, nam hæc in judice eſt *juſta ejerationis cauſa*, uti ait Mornac. *ad l.* 3. *ff. de teſtib.* Langlæ. 2. *ſemeſtr.* 1. *ibique* Autumn.

11. Niſi neceſſitate muneris id factum eſſet, quid enim ſi epulæ fuerint aditiales quas tàm hic nonnulli quàm alibi coguntur exhibere ii qui poteſtatem aliquam accipiunt vel in officio continuare ſatagunt uti Tremoniæ in Veſtofalis, hoc caſu id exceptionem patitur. Carraſco *ad LL. Recopil. c.* 9. *n.* 321.

12. Sic licet ejeratio locum habeat, quandò divertit judex ad domum adverſarii cauponam non exercentis, id tamen minimè dici debet, ſi temporis injuriâ aut loci neceſſitate id contigiſſet, ita tamen ut ei litis inſtructio vel relatio non mandetur. *arg. l.* 16. *C. de judic.* Ant. Faber. *d. lib.* 3. *tit.* 4. *def.* 3. *per tot.*

13. Quod autem hic auctor deciſum memoret judicem ut ſuſpectum recuſari poſſe ſi adverſarius ejus ſit inquilinus *d. def.* 3. *n.* 3. *in not.* id ſequi non oportet, uti poſt Carraſco tradit Creſpi de Valdaura *d. obſ.* 9. *q.* 7. *n.* 69. Ejerationi tamen locum faciet ſi pars domus adverſario locata ſit & perhorreſcas ne is omni tempore ideò cum judice agere poſſit. Vide Farinac. *de teſtib. q.* 53. *n* 41

14. Un-

14. Unde etiam mandatis judicum adjicitur ne in ulteriorem familiaritatem litigantes admittant. *arg. l. 19. ff. de off. præſ. ibique* Lamb. Goris *in comment.* Bedencken der Stenden Graffſcht haftſ-Marck *in comit. Camen. 17. & 18. April.* 1583. uber Clev- und Marck. Landgerichts Ordn. *Ducis Wilhelmi. ibi*, Richteren verbotten werde ſich teglicher gemeinſchaft nud unterhaltung ſtreitender partheyen zu en teuſſeren / damit allerley nachrede und verdacht vorgekommen.

15. Cum verò collegæ ſoleant frequenter coire in unum locum, quæres meritò an ſi cum uno litem habeas totum collegium rejicere queas? Id ideò recuſari non poſſe ſi non doceatur ſpecialis affectio in perſonam vel cauſam poſt Rol. à Valle tradit Mevius *1. deciſ. 294. n. 3. & d. p. 1. deciſ.* 103.

16. De ejeratione etiam dico in cauſâ jus poſitum eſſe. *l. 52. §. 2. ff. ad L. Aquil.* Licet enim collegæ corpore ſæpè in unum locum conveniant, id fit ex muneris neceſſitate; Jam autem dixi ejus quod ex neceſſitate fit, rationem non eſſe habendam. Nec ſemper manus abluit manum, ut vult Langlæ *2. ſemeſtr.* 4.

17. Ideò id ex amicitiâ & familiaritate, quam colit cum maximâ collegarum parte judicandum. Sæpè enim animis diſcordes & magna inter collegas ingeniorum commiſſio propter naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem. *l. 17. §. 6 ff. de recept. arbitr.*

18. Specialis affectio in perſonam cum rejectioni judicis locum faciat, conſequitur ejerari poſſe filium ad quem appellatio facta in cauſâ, in quâ ejus pater judex fuit inferior & contra te pronuntiavit, nam perhorreſcere potes meritò ne vox filii alia ſit futura quàm patris. *arg. §. 4. I. de inut. ſtip.* Ut non memorem jure civili patrem & filium cenſeri unam perſonam. *l. fi. C. de impub. & al. ſubſt.* Jaſon. *ibid. n.* 2. Jacob. Ayrer *ad l. un. C. de errore calculi. v.* 174.

19. Quamvis ideò nemo tanquam ſuſpectus recuſari & ſine juramento rejici poſſit, atque hactenus benè ſe habet quod poſt Paponium refert Aloys. Riccius *p. 5. deciſ.* 1612.

 20. Non

20. Non autem ſolùm ob inimicitiam quæ interceſſerit declinari poteſt judex, ſed & ſi ratio adſit, per quam is habere poſſit occaſionem mihi teſtandi inimicitiam id facere queo, quam poteſtatem *inimicandi* barbarè dixit Maſcard. *d. concl.* 733. *n.* 17.

21. Quod & verum eſt, etiamſi judex eam cauſam ignoret, propter quam fortè mihi malè volet, cum enim id in teſte receptum ſit, uti docet Bartol. *ad l.* 1. *ff. de his quib. ut indign. ibique* Pomates *in not.* Jaſon. *ad d. l.* 16. C. *de judic. n.* 7. cur non in judice? Maſcard. *d. l. n.* 17.

22. Sed etiam ſi judex, cum eum ſalutaverim, mihi non idem fecerit, tunc tanquam inimicum eum præſumi ait Gloſſa *ad c.* 29. *diſt.* 63. atque ideò illum recuſari poſſe tradunt Maſcard. *d. n.* 17. & Schneidewin. *ad §. fi. I. de injur. n.* 3. *in fi.*

23. Verum enimverò cum *honor potius* ſit *in honorante quàm in honorato*, uti tritiſſimum moralis diſciplinæ auctorum eſt axioma, & judex hoc fortè obſervare non potuerit, nequidem ob hoc ſolum ejerari, ne dicam recuſari, poterit, quoniam *multi detenti curis quas habent*, uti ait Juſtinianus *in Nov.* 82. *præfat.* ejus rei ſemper rationem habere nequeunt.

24. Et quid ſi tu judice ſis longè inferior? an eum tibi malè velle ominaberis, quod non cum ei honorem exhiberes idem fecerit tibi? Minime! *cum inferior potiorem ſolvere nequeat vel ligare* uti ait Papa in *c.* 16. *x de maj. & obed. ibique Gloſſ. lit. b.*

25. Ut non dicam quod familiaritas & arctiſſimum amicitiæ vinculum ſœpè hoc efficiant, ut alter alterum prætereat nec ſibi ſalutem ore dicant aut corpore teſtentur, cum animo ſibi omnia fauſta & felicia optare ſatis putent.

26. Hæc cum adverteret Gothofredus, ſcriptum reliquit, non aliter ex omiſſione ſalutationis inimicitiam colligi judicemque recuſari poſſe, quàm ſi anteà te ſalutare ſolitus fuerit, *in not. ad Schneidw. d. n.* 3.

27. Intereſt & ſcire nationem uti loquitur JCtus *in l.* 31. *§.* 21. *ff. de Ædil. ed.* Quare ſicuti Merula *d. c.* 4. *n.* 12. tradit, quod

Italis

Italis & Siculis id linquere debeamus ſolis, *poſſe eum rejici ut ſuſpe-ctum, cum quo inimicitiæ reconciliatio intervenerit:* ita & hoc ad eas gentes populoſque relegemus, qui moleſtiſſimi civilitatis morum ſunt exactores & exiſtimationi ſuæ nimis carè precium ſtatuunt.

28. Diſſimulare tamen hoc nolo, quod ſi & poſteà quàm reconciliatio intervenit, horrere non deſinas, & nil niſi ſimulationem deprehendas in eo homine, eum ejerare poſſis, cum inter mortales longa ſi differentia & ingenii & inſtitutionis. *arg. l.* 31. *pr. ff. de ſolut.* de quo ſuperior cognoſcet. *arg. l.* 1. *pr. ff. de jure delib.* Qui advertet non tantum ad ejus mores ſed & examinabit an reconciliatio novè ſit facta nec ne? Farinac. *fragm. crim. p.* 2. *verb. judex. n.* 866.

29. Sicuti & id fieri poterit, ſi ex vitæ ſuæ inſtituto judex id inter inimicitiæ ſigna ponat. Quod ſi enim bis aut ter te non ſalutaverit cum te præteriret vel id facere ex lege morum deberet, huic jurijurando locus futurus eſt. *arg. l.* 3. *C. de epiſc. aud.*

30. Ejerari etiam poterit judex à meo adverſario conſtitutus, nam ut ait Gloſſa *in d. c. ſtatutum. verb. contra eum. ibi. vix enim inveniret actor in civitate Epiſcopi judicem, qui non faveret Epiſcopo. arg. c. accedens. x ut lite non cont.* Cui convenit inſtitutum Coloniæ Agrippinenſis *tit.* welcher mit dem rath oder Stadt zuſchaffen.

31. Et cum tanquam ſuſpectus recuſari queat is, cum quo judicio egi, licet pro eo pronuntiatum fuerit, uti tradit Farinac. *d. l. n.* 268. fortiore ratione defenditur ejerationi locum ideò eſſe debere? Cujus etiam copia propter litem finitam facta fuit in exemplo quodam poſteà memorando.

32. Pergamus luſtrare cauſas. Judex qui in numerum Doctorum cooptatus, nec tamen ſcientiâ juris civilis excellens eſt, rejici poteſt, ſi quæſtio eſſet valdè ſubtilis, nam ea non convenit cum *Doctore groſſo*; uti Baldi verbis poſt Jaſonem loqui amat & opinatur Maſcard. *d. concl. n.* 24. & docet Aufrer. *d. tract. n.* 34.

33. At ſi hoc tolerabile Eridos pomum, multò magis ejerari poteſt judex juris ſcientiâ non imbutus, ſi quæſtio ſit juris non

facti; nam eam in omni judice tunc meritò deſideramus. *Nov.* 82.*pr.* Bachov. *ad Treutl.* 1. *diſp.* 12. *th.* 7. *d.*

34. Etiamſi enim hodiè vix ſit naturali ratione præditus, qui ſibi non molliter perſuadeat, ſe ejus ductu æquè ſapere ac JCtos, id tamen imperitiæ auctoritati imputandum dicit Creſpi de Valdaura 1. *obſ.* 1. *pr. n.* 1. Diſſ. Barboſa *ad l.* 15. *C. de judic. n.* 3.

35. Quinimò licet juris ſit callentiſſimus nec tamen cauſarum de quibus lis eſt experimentum habeat, ad hoc jusjurandum provocare potes. *d. Nov.* 82. Quid enim ſi quæſtio ſit facti non juris? Quid ſi non ex legibus ſed conſuetudine decidenda? Hæc prudentiſſimos juris Quiritium fallere poſſunt. *arg. l.* 16. *in fi. ff. de ſtatu hom. junct. l.* 2. *ff. de j. & f. ign.*

36. Ut non reticeam, in judiciis æquitatis bonique publici rationem eſſe habendam. *l.* 8. *C. de judic. Ius Omland. lib.* 3. *art.* 73. Certiſſimum verò eſt, quod in quæſtionibus de bono & æquo *ſub auctoritate juris ſcientiæ pernicioſè erratur*, uti Celſus ait *in l.* 91. *§.* 3. *ff. de V. O.* & Ordo noſter 14. *April.* 1668. reſpondit *n.* 17.

37. Adeò ut duriſſimum fore exiſtimaverim, ſi eum, qui nunquam foro ſe mancipaſſet nec in ſcholis de iis quæ in uſu habemus quicquam audiviſſet & tribunali eſſet admotus ſtatim atque pedem Academiâ extuliſſet etiam cum honeſtâ miſſione, tu perhorreſceres nec tamen eum cum ſacramento repudiare poſſes in lite quæ plurimum facti, conſuetudinis & ſtyli forenſis haberet, nam verè Comicus *Adelph. act.* 1. *ſc.* 2. *Homine imperito nunquam quicquam injuſtius eſt:*

38. Quâ ratione aliquandò lege cautum ut harum rerum judices intelligentes eſſe oporteat. *Ius Omland. lib.* 1. *art.* 3. *& ſeq. Ducis Wilhelmi* Cleve=und Marck. Landg. Ordn. *cap.* 2. Richteren auch deß Lands Rechten / herbrachter gewohnheiten und gerichtlicher ſachen guter maſſen erfahren.

39. Popularis adverſarii tui licet judex ſit, eum tamen ejerare non poteris. Greg. Lopez *ad Alonſi IX. Ius Hiſpan. p.* 4. *tit.* 27. *ley* 4. *lit. a.* maximè ſi in natali ſolo eo munere judicandi fungatur. Vide *DD. in c. accedens. x. ut lite non cont.*

40. Quod

40. Quod ſi in peregrinis terris conſtitutus, in facto hanc rem poſitam eſſe ajam & ex amicitiâ & familiaritate eam eſſe finiendam, quod fortè ſenſit Aufrer. *d. tract. n.* 5. *pr.* & apertius tradit Farinacius *d. verb. judex. n.* 788. Licet enim apud multos ea qualitas *Landsmannitatis*, uti non nemo dicebat, multum valeat, ſœpè tamen accidit ut populares non benè inter ſe conveniant etiamſi in peregrinâ ſede morentur & hoc locum capiat; Lands man Schands-man.

41. Judex autem ſi ab ambobus litigantibus electus fuerit an tunc eum quoque ejerare queant, videamus? Et hoc non tantum negari, ſed & illud pro certo haberi debet, quod ſi ex deſiderio unius datus fuerit, ab eo ipſo ejerari non poſſit. *arg. l.* 9. *ff. de neg. geſt. auth. offeratur. C. de lit. cont.* Brunneman. *ad l.* 16. *C. de judic.* Niſi poſteà nova cauſa eum perhorreſcendi superveniſſet. Maſcard. *d. concl.* 954. *n.* 43.

42. In ſummâ ſciendum eſt, quod cum valdè grave ſit & perquam durum litigare coram eo judice, quem ſuſpectum tu habes, eum tamen dicere non audes nec probare potes, Seraphin. *d. pr.* 7 *n.* 1. multas eſſe cauſas, cur ad *juramentum perhorreſcentiæ* mortales admitti debeant, quas vir bonus & prudens ex animi ſui ſententiâ æſtimare debet, quia novum non eſt aut commentitium eſſe aliquid, *quod magis intellectu percipi quàm elocutione exprimi poſſit. Ulpian. in l.* 12. *§.* 2. *ff. rem rat. hab.*

Caput VI.

Diſquiritur curatius an pater tanquam ſuſpectus recuſari vel ſaltem ejerari poſſit, ſi ejus filius adverſarii advocatus *ſit?*

1. An verò eum judicem, cujus filius adverſarii advocatus eſt, rejicere quis queat? nobilis eſt quæſtio. Negant viri magnæ auctoritatis & ſcientiâ juris civilis excellentes patrem ideò ut ſuſpectum recuſari poſſe, veluti Merula *d. c.* 4. *n.* 16. Maranta *d.*

ta *d. tit. n.* 55. Gratian. *tom.* 1. *diſcept. for. c.* 100. *n.* 24. Maynard. 1. *deciſ. Tholoſ.* 91. *n.* 1. Quos etiam memorat & de totius ferè Belgii & imprimis Gelriæ uſu forenſi id adfirmat Lamb. Goris *adverſ. jur. tract.* 3. *part.* 1. *c.* 6. *n.* 6. In quam ſententiam pedibus etiam ivit Berent van Zutphen *Nederlantſe Practique. verb.* **Rechter.** nec non Wiſſenbach. *ad l.* 16. *C. de judic.*

2. Adfirmant id autem Aufrer. *d. tract. n.* 16. & Donat. Vinc. Tabarell. de Fatis *de judic. c.* 2. *n.* 25. Qui ſimpliciter judicem ideò abſque jurejurando & quidem in totum tanquam ſuſpectum rejici poſſe, ſic ut nec litis inſtructio vel *relatio* ut cum Germanis loquar, Beſold. *diſſert. de modo referendi. per tot.* quamque hic Groningæ *commiſſie* appellant, & Galli *le rapport & formalitez du procez.* Ant. Faber. *Cod. Sabaud.* 3. *tit.* 4. *def.* 9. *n.* 6. *in not.* ei mandari neque etiam ſuffragii jus ei permitti debeat.

3. Quemadmodum id in regno Valentiæ expreſſâ lege fori cautum. Creſpi de Valdaura *tom.* 1. *obſ.* 9. *q.* 3. *n.* 14. Qui etiam teſtis eſt de Sardiniâ & Majoricâ *d. q.* 3. *n.* 19. nec non Arragoniâ, *d. q.* 3. *n.* 12. atque Cathalauniâ. *d. l. n.* 15.

4. Eſt & media ſententia diſtinguentium, qui ajunt patrem quidem non poſſe eſſe referentem eumque hactenus ſimplici iſtius rei allegatione recuſari quidem poſſe, ſed tamen eum ſententiæ dicendæ intereſſe & ſuffragari non eſſe prohibendum, uti ante annum & quod excurrit alibi deciſum accepi & ante hac idem fuit Cathalauniæ inſtitutum. Creſpi de Valdaura. *d. quæſt. n.* 15.

5. Argumenta adfirmantium hic deſiderabuntur. *arg. l.* 2. *ff. de probat.* Pro illis autem ſtat regula, neminem eſſe idoneum judicem in eâ re, quæ ejus commodo vel damno quâcunque viâ cedere poſſit, tradita ab ipſo Merula *d. c.* 4. *n.* 9.

6. Quis verò negare auſit, dicent, patrocinium hoc ad utrumque non pertinere? Si enim benè ſuſceptum dicatur per felicem litis eventum, eò plures clientes filius eſt habiturus atque facilius is qui reip. præeſt eum ad dignitatem aut poteſtatem ali-

quam

quam evehet. *arg. §. fi. Inſt. proœm.* Quod cum pater fervidius flagitet quàm filius ipſe, ad patris commodum id pertinere nemo inficias iverit.

7. Ad alterum de damno patris allatum quod adtinet, id manu palpari poſſe ajent. Si enim filius in orandis cauſis proſperos ſucceſſus non habeat, haut eveniet ut ad galli cantum conſultor oſtia pulſet, ſed ſolus morabitur in domo. Quâ ratione accidet ut nil lucretur & à patre alendus ſit. *t.t. ff. & C. de agn. & alend. lib.*

8. Quodque magis eſt advertendum ad patrem quàm ad ipſum filium, id hac ratione porrò evinci, quod filius non evadens in patronum hilarioris famæ, triſtes ſit habiturus caſus! Neque enim vel ſplendidas contrahet nuptias vel Principis gratiam aut procerum favorem ſibi conciliabit. Quis autem ignorat *quod per filii corpus pater magis quàm filius periclitetur?* Juſtinian. *in §. fi. I. de nox. act.* Cravetta I. *conſil.* I. *n.* 2.

9. Eorum qui mediam viam tenent ſententiam conſiderare etiam convenit. Quæ hac ratione eſt fulta, quod referens cauſæ facilius quàm alii judices recuſari & ex cauſis levibus nec non iis quæ ſcrupulum aliquem litigantibus movere poſſint rejici queat. Maynard. *d. lib.* I. *deciſ.* 90. *n.* I. & 2. Ant. Faber *d. tit.* 4. *def.* 9. *n.* 6.

10. Negantium nunc etiam luſtremus firmamenta. Dicit autem Maynard. *d. deciſ.* 91. *n.* I. quod filius advocatus ſaltem conſiliis & induſtriâ ſuâ litigantes juvare ſoleat, ipſa verò cauſa non ad filium judicis ſed ad hos pertineat, quod & ait Goris *d. l. n.* 7. & Wiſſenbach. *ad l.* 16. *C. de judic.*

11. Reſpondebunt adfirmantes, quod licet objectum litis ad judicis natum non ſpectet, ejus tamen tractatio ei permiſſa, & ſi benè cadat alea hoc ad ejus commodum atque utilitatem neminiſque gloriam tendat. *hoc cap.* 6. *n.* 6. 7. & 8.

12. Pergit Goris *d. l. n.* 8. & ex eo Wiſſenbach. *ad d. l.* 16. quod filii, advocati ſolùm officium gerentis, tantus non ſit ergà rem ſui clientis affectus, ut patrem judicem ſollicitet ad id

E quod

quod viro bono indignum. Quaſi verò *dum omnes ſibi melius eſſe volunt quàm alteri, per canales, aquagia aliaſque vias ſubterraneas ad molendina ſua divertere & ducere* aquam non *quovis modo quilibet conetur?* uti aliter ſentientes reponent verbis Maynardi *d. n.* 1.

13. Inquit porrò uterque grave imò injurioſum fore patri, qui bonus præſumitur donec contrarium probetur. Huic autem alii allegabunt tum id quod tradidi *c.* 4. *n.* 36. tum etiam quod eâ ratione admiſsâ ſequeretur ex amicitiâ & familiaritate quam judex coleret cum adverſario, eum tanquàm ſuſpectum argui non poſſe, ſed nec inde quod in cauſâ filii judicaret, eum recuſari debere, quod abſurdum eſt cogitare. *l.* 10. *ff. de juriſd.*

14. Hoc etiam allegat ampliſſ. Goris *d. l. n.* 14. judicem hodiè non ſolum cauſas cognoſcere ſed eum tantùm telam judicii exordiri & jubere judicare; quod alibi **De banck ſpannen** alibi **das gericht hegen** dicitur, uti ex majorum monumentis ſi Deus vitam & otium dederit oſtendam in *Gloſſario jur. Germ. & Belg. d. verb. banck ſpannen.*

15. Hic alii iterum allegabunt, quod in Omlandiâ & comitatu Marcæ, etiamque Tremoniæ, Eſſenæ nec non aliis Veſtofaliæ locis, adhuc hodiè ſolus judicet, alibi adſeſſoris ſive *ſcabini* munere ſimul fungatur, veluti Embricæ in Clivis & aliis in locis.

16. Deinde licet in Cliviâ, Gelriâ, Juliâ, Montanâ & Moërſanâ ditione aliiſque provinciis moribus introductum ſit, ut judex non interſit ſententiæ dictioni *LL. Clivenſ. tit.* 15. *Antverp. tit.* 3. §. 3. & 4. adeſt tamen donec ad eam jamjàm progrediendum erit. Unde hoc trahent quod ſicuti olim adſeſſores Præſidi conſilium ſuggerebant. *l.* 2. *ff. quod quiſque jur. in alt. ibique* Gothofred. Cl. Strauch. *ad tit. C. de metrop. Beryto c.* 4. *n.* 19.

17. Sic cum in pagis & municipiis *ſcabini* vel adſeſſores aut decuriones plerumque ſint homines juris haut periti, illi multum tribuunt obiter quaſi jactatis judicis de lite ejuſque jure ſermonibus, ut ſæpè ab iis ne latum unguem recedant nec fortè aliter loqui audeant.

18. An

18. An ergò diſtinguemus cum Maynardo *d. dec. 91. n. 2.* an filius apud patrem ſeparatimve habitet? Ut hoc caſu negantium illo verò adfirmantium opinio vera ſit? Minimè! nam licet ſeorſim à patre habitet filius, ei tamen omnium horarum amicus eſt, uti hoc in articulo rectè D. Goris *d. l. n. 13.*

19. Qui & hoc optimè obſervat manere perpetuò & ubique *ſtorgen* illam naturalem quam etiam jus noſtrum agnoſcit. *l. 8. in fi. ff. quod met. cauſ. l. 9. C. de curat. furioſ. l. 22. §. 4. ff. ad L. Iul. adult.* Aymo Cravetta 1. *conſ.* 1. *n.* 2.

20. Liceat ergò mihi pro libertate Academicâ & ad exercendos juvenum animos eoſque juris principiis certis imbuendos, uti fas eſt, *arg. l. 2. §. 1. ibi. ſine jure certo: junct. §. 4. ibi. ne diutius. ff. de O. I.* promere id quod ſentio. Ajo autem dividendum primò eſſe an pater ſolus judicet, an verò adſeſſores habeat?

21. Priore caſu tanquam ſuſpectus recuſari ideſt ſine jurejurando declinari poteſt, uti intelligere datur tum ex hypotheſi quam ponit Goris. Is enim ideò in negantium caſtra tranſivit quod judex hodiè ſuffragio careat; Si ergò id habet rejici poteſt ex cauſis enarratis *hoc cap. n. 5. & ſeq.*

22. Tum etiam id conlegere eſt facile ex ſententiâ eorum qui mediam viam tenuerunt. Cum enim nolint litis inſtructionem patri mandari, putem tacitè eos velle, ut ſi ſolus cauſam examinet & diſceptet, eum à judicandi munere in eo negotio arcendum eſſe. *arg. §. 15. I. de L. Aquil. l. 17. ff. de legib.*

23. Poſteriore caſu iterum diſtinguendum reor, an adſeſſores quos pater habet, ſint ejus collegæ ut tàm ille quàm hi jus ſuffragii in ſententiâ dicendâ ſibi conceſſum habeant, an verò adſeſſores ſoli jus dicant? Ut hoc caſu pater tanquam ſuſpectus & abſque jurejurando perhorreſcentiæ rejici nequeat, cauſam pete ex dictis *h. c. 6. n. 12.*

24. Multò minus poterit quis ideò patris adſeſſores ſuſpectos dicere & ſine ſacramento illud tribunal declinare. *arg. l. 184. ff.*

E 2 *de R.*

de R.I. Et quia alieno odio vel culpâ nemo prægravandus. *c.* 22. *de R.I. in* 6. Goeddæ. 1. *conſ. Marpurg.* 24. *n.* 69.

25. Sed quæras meritò an illud ejerare non queas? Reſponſum habe in cauſâ jus eſſe poſitum. Si enim adſeſſores ſint juris periti & viri quos judex terrificare non poſſit uti plerumque accidit in validis civitatibus, tunc illi rejici nequeunt nec tu ad juramentum perhorreſcentiæ admittendus. *arg. l. ult. pr. ff. quod met. cauſ.*

26. Si verò adſeſſores jus ignorent vel ejuſmodi ſint homines, qui toti ab ore judicis pendeant vel nil quicquam pronuntiare audeant, quod damno judicis cedere poſſe intelligunt, tunc ejerari & interpoſito hoc jurejurando rejici poſſunt, rationem quære ex traditis *h. cap. n.* 15.

27. Si verò pater parem cum cæteris adſeſſoribus poteſtatem habet, tunc ſine ſacramento perhorreſcentiæ hactenus rejici poteſt ut non conſtituatur in eâ cauſâ referens, uti commemoravi *h. c. n.* 4. Illud autem allegare non ſufficit ad eum repellendum à ſententiæ dictione. *Nec enim tanta poteſtatis eſt votum Senatoris, ut non ab aliis Senatoribus, quos tàm multos eſſe neceſſe eſt, poſſit emendari.* uti ſcribit Ant. Faber. *d. defin.* 9. *n. ult. in not.*

28. Ex hujus auctoris verbis *quos tam multos eſſe neceſſe eſt*: colligitur quod ſi duo tantum ſint ſcabini qui de cauſis aliquibus cognoſcunt ſoli, quemadmodum Duisburgi in Clivis atque alibi obſervari ſcio, & datus fuerit is, cujus filius adverſarii tui advocatus eſt, tunc eum recuſare non potes niſi jures te pertimeſcere valdè ne is ſuum collegam in partem ſuam trahat. *arg. §. 5. de concept. Digeſt. junct. l.* 51. *pr. ff. pro ſocio.*

29. Sed annon etiam is qui horrore ſe contremiſcere ideò ait, quod pater advocati adverſi deliberationi de ſententiâ ferendâ interfuturus & ſuffragium cum cæteris ſuis collegis habiturus ſit, ad juramentum perhorreſcentiæ admittendus ut patrem planè ejerare poſſit videamus? Et quidem ſi audimus Maynardum, is *d. deciſ.* 90. *n.* 2. dicit quod in iis caſibus, ubi ob cauſas leves

& quæ

& quæ ſcrupulum tantum injicere queunt, iſte qui ideò recuſatur, deliberationi de ſententiâ ferendâ interſit, id non niſi *extraordinariè, perrarò & cum magnâ cauſa cognitione fieri ſolet, ne videlicet res ad conſequentiam trahatur, indeque magna quoad juſtitiæ adminiſtrationem confuſio exiſtat ob cauſas, quas magis tacere quàm pluribus enarrare convenit:*

30. Quis non ad hæc perhorreſceret? dicat aliquis. Nam cauſæ ſunt, *quas magis tacere quàm pluribus enarrare convenit*: ait ſagaciſſimus iſte Senator. Non aliâ ratione eas ſiluit, quàm ut aliorum exiſtimationi parceret. Cui cum & conſulat is qui ad hoc jusjurandum provocat, quæ invidia ergò eſt, ei hoc negare, cum tamen eum terrificent cauſæ *quas magis tacere quàm pluribus enarrare convenit*, quæque non elocutione ſpeciali exprimi queunt aut debent ſed intellectu à quolibet mentis non egente ſatis percipi poſſunt. *arg. d. l.* 12. *§.* 2. *ff. rem rat. hab.*

31. Quod autem tales cauſæ *quas magis tacere quàm pluribus enarrare convenit*, in re propoſitâ adeſſe poſſint, id vel ex eo liquidò conſtat, quod Goris *d. l. n.* 16. poſt Gratianum concedat patrem ut ſuſpectum removeri poſſe ſi conſtet eum nimio plus favere filio; quod & tradit Joſ. à Seſſe *deciſ.* 415. *n.* 4. quem adducit & ſequitur Creſpi de Valdaura *d. obſ.* 9. *q.* 4. *n.* 32.

32. Sed hæc eſt cauſa quàm magis tacere ob difficultatem probandi, quàm pluribus enarrare convenit, ut proinde hic perhorreſcentis ſacramento ſtandum ſit ſecundum tradita *t.* 2. *n.* 26. 27. & 30.

33. Et cum ſæpè id hâc tempeſtate accidat & olim id eveniſſe etiam ex ſacro codice conſtet. 1. *Samuel.* 2. 29. non injuſtè facit qui horrorem ideò concipit, ſed præſumit id quod naturaliter hominibus ineſt. *l.* 8. *ff. quod met. cauſ. l.* 7. *§.* 2. *ff. de reb. cor. §.* 8. *I. de nox. act.* Weſenbec. *parat. ff. de probat. n.* 15.

34. Illud etiam apertiſſimè probatur inde quod D. Goris *d. l. n.* 8. patrem indiſtinctè à munere judicandi tanqurm ſuſpectum arcendum eſſe ſcribat, ſi tàm is quàm filius penſi nil habeant,

 quibus

quibus artibus augeant rem familiarem. Idem ait Cl. Wiſſenbach. *ad d. l. 16. C. de judic.*

35. Hæc quoque eſt talis cauſa, quàm magis tacere quàm pluribus enarrare convenit: tum ob alia multa quæ magis intellectu percipiuntur, tum præcipuè ideò quod difficulter id probari poſſit, quodque infenſum ſibi & implacabilem ejuſmodi adſeſſorem litigantes redderent, qui animo exulcerato nil aliud ageret quàm ut meditaretur eos perdere, à quo jus abhorret. *arg. l. 7. in fi. ff. de ſerv. export.* ut itaque ejeratio hic admitti debeat. *c. 2. n. 29. & 30.*

36. Quæ cuncta licet tolerabilia videantur, ea tamen confutari dices ex fundamento allato ex Ant. Fabro *h. cap. n. 25.* Quam obrem hæc non aliter vera eſſe ajam quàm ſi pater advocati adverſarii non multos ſed duos, tres aut quatuor habeat collegas, cum facilius eos in ſuam poſſit trahere ſententiam, uti ratione naturali cognoſcitur, quare lege vel auctoritate id confirmare ſi velles intellectus tui infirmitatem proderes, uti ſcribunt Jaſon *ad l. ſi dedi. §. ſi liber. ff. de cond. cauſ. data. n. 6.* Tiraquell. *tr. ceſſ. cauſ. lim. 1. n. 37.*

37. Si pater plures habeat collegas referre arbitror an adſideant tribunali inferiori an verò ſint ſenatores ſupremi alicujus dicaſterii, ut priore caſu ejeratio ſibi locum vindicet, ſi ſacramento horrorem ſummum quis teſtetur. Nam familiarius inter ſe convenire ſibique loqui illi conſueverunt, ut metuere juſtè poſſis ne pater humani quid patiatur & filii gratia motus in te cudat fabam atque collegas ſuos in ſuam trahat ſententiam, nam qui ita familiares inter ſe præſumuntur ejuſdem intentionis. Maynard. *d. dec. 91. in fi.*

38. Altero verò caſu ejerationi non facilè locus dabitur, non tantùm ideò quod graviſſimi quique mortalium principibus permixti viris adſeſſores ſupremorum tribunalium eligantur nec quotidianâ & familiari converſatione teneantur, ut verendum non ſit unum aliorum partem maxumam in ſuam tracturum partem,

tem, ſed & propterea quod ob excellentiam ſummumque dignitatis faſtigium, ad quod evecti ſunt, non tàm facilè rejiciendi ſint, uti legum pondere multo & auctoritate interpretum demonſtrat Creſpi de Valdaura *d. obſ. 9. q. 7. n. 51. & ſeq.*

39. Quod autem dixi judicem rejici poſſe, ſi ſolus cauſam diſceptet, etiamſi non ejeretur. *h. c. 6. n. 19. & 20.* id ſi quis ferre nolit cum auctoribus memoratis *h. c. 6. n. 1.* nec ego hoc valdè curabo & id arbitrio ſuperioris facilè relinquo. *arg. l. 1. §. 2. ff. de jure delib.* Sic ut propter rationes tamen adductas locum dare debeat juramento perhorreſcentiæ. *arg. d. c. ſtatutum. §. cum verò. ibi. meritò.*

40. Dulcis amor lucri, cupiditas gloriæ, æmulatio æqualium & ambitio popularis, quid non mortalia pectora cogunt? Certè Stoicum eum eſſe oportet, quem hæc non terrificant. *arg. l. 18. pr. ff. de Ædil. ed.*

41. Quodque cauſa advocatum tangat, id poſtremò evincitur, quod in eâdem tanquam in re propriâ propter ſummam erga eam affectionem etiam recuſari poſſit uti ſuſpectus, ſi deinde judex datus fuerit. *l. 6. pr. C. de poſtul.* Gilhauſ. *arb. jud. civ. cap. 5. ram. 10. n. 3.* Aug Barboſa *in collectan. ad d. l. 6. n. 12.* Lanfranc. de Ariadno *de recuſat. n. 4.* Brunneman. *ad d. l. 6.*

42. In Scabinis idem jus obſervandum eſſe, memini me dixiſſe, nec mirere, cum nil aliud ſint quàm judices vel judicii adſeſſores. Wehner. *ſupplem. obſ. pract. verb.* Schöpfen. Beſold. *th. pract. d. verb.* & Speidel. *verb. eod. in ſpecul jur. hiſt. pol.* Quare idem jus hic ſtatuendum. *arg.* Gül. Berg. Ordn. *cap. 12. ibi* und alſo Richter und fürſprecher zu ſein:

43. De filio ejus qui ab actis vel arcanis judicii eſt non idem dixero. Licet enim ſecretarius *oculus judicii* dicatur, tamen cum ſuffragio careat & imperio judicum obſequatur velle non creditur. *l. 4. ff. de R. I.* Et quid faciat oculus contra totum corpus? *arg. Matthæi 5. 29. Marci 9. 47.*

CAPUT VII.

Neceſſitudo vel ſanguinis vel adfinitatis, nec non arctiſſima amicitia advocati adverſarii cum judice vel adſeſſore locum faciunt juramento perhorreſcentiæ. Quid ſi ſit commenſalis advocati vel compater adverſarii?

1 QUæ de filio judicis dicta ſunt eadem & in genero locum habent, uti ex decreto Senatus Tholoſani memorat Aufrerius *d. n.* 16. quem ſequitur Maynard. *d. dec.* 91. *n.* 3. *in fi.* Adeò ut rejectio judicis citra jusjurandum fieri poſſit ex mente eorum auctorum; idque de uſu fori in regno Valentiæ, Arragoniæ, Cathalauniæ, Sardiniæ & Majoricæ teſtatur Creſpi de Valdaura *d. obſ.* 9. *n.* 14. *& ſeq.*

2. Cum autem gener plerumque filii appellatione veniat atque ſimilium eadem ſit diſciplina, ea cuncta quæ per varias diſtinctiones de filio judicis dicta ſunt, huc quoque pertinent, ita ut cum Aufrerio & Maynardo non diſtinguendum ſit, an ſeorſim à ſocero habitet nec ne, quia arctiſſimum adfinitatis vinculum hic ſubeſt. *arg. l.* 4. *ff. de teſtib. l.* 15. *§.* 2. *ff. ſol. matr. l.* 21. *pr. ff. de re jud.*

3. Quanquam facilius tàm in hoc caſu propter ceſſantem illam *ſtorgen* naturalem, quàm in iis quos tradere pergam, ejerationem admiſerim. *arg. d. c.* 11. *ſtatutum. §. cum vero. ibi. primò.* Ne ex invidiâ contra advocatum vel calumniandi animo rejiciant judicem; nam malitiis hominum non eſt indulgendum. *l.* 38. *ff. de R. I. junct. l. fi. C. ad L. Iul. repet.*

4. Relationis natura cum hæc autem ſit ut id quod de uno diſpoſitum, ad aliud quoque pertineat. *l. fi. C. de ind. vid. toll.* Mart. Monter à Cueva *deciſ. Arrag.* 20. *n.* 15. ſequitur ejerationi locum fore ſi filius vel gener judicis & pater vel ſocer advocati munere fungitur.

5. Nemini id grave videatur, cum apud memoratas gentes Hiſpaniarum regi parentes ideò recuſatio citra jusjurandum ſive judicis ſuſpecti, locum capiat. Creſpi de Valdaura *d. obſ.* 9. *n.* 15.

Neque

Neque ſi pater judicis adverſarii tui advocatus eſt, id à ratione alienum etiam eſt *arg. l. 4. ff. de R.I.*

6. Præterea & ulteriores tàm deſcendentium quàm adſcendentium, quibus præpoſitio *pro* ſolet accedere hic continentur, cum in omnibus ſit eadem ejerandi ratio. *arg. l. 3. §. 2. ff. de poſtul. l. 136. l. 146. ff. de V.S.*

7. Placet generi appellatione etiam filiæ ſponſum, item ſoceri, patrem ſponſæ comprehendi. *arg. l. 5. ff. de teſtib. l. 6. l. 8. ff. de gradib.*

8. In fratre judicis vel adſeſſoris quid obſervari debeat quæri poteſt? Et quanquam fratrum quoque gratia rara ſit nonnunquam, tamen cum de nullâ re inter eos herciſcundâ, ſed de commodo unius, quod extrinſecus exſpectat, agitur, alter alterius cauſam ſuam facit, ut *inter ſe idem ſint*, uti ait Ariſtot. 8. *ethic. ad Nicomach.* 12. *§. fratres.* Unde alibi lege cautum ut hæc ſit juſta in judice ſuſpicionis cauſa. Creſpi de Vald. *d. obſ. n.* 12. *& ſeq.* Quantò magis ejerationis? *arg. l. 21. ff. de R.I.*

9. Quod & de amicis ſtrictiſſimis, uti loquitur Carol. de Graſſis *de except. c.* 24. *n* 112. ſive interioris admiſſionis atque cum quibus ſumma familiaritatis honeſtæ notitia, uti ait Paulus *in l.* 223 *§. 1. ff. de V.S.* & ſociis adfirmandum. Nam hi quodammodò fratres ſunt. *l. 63. pr. ff. pro ſocio.* & ſæpè ſibi magis gratificantur quàm fratribus, adeò ut illorum ad exemplum amicitiam inter fratres originem habere tradat Philoſophus *d. c.* 12.

10. De judicis ſororio vel adfine quid ergò ajemus? Etiam eum huic juramento perhorreſcentiæ locum facere exiſtimo ſi cauſam contra te oret. Quamvis enim vulgò dicatur viel Schwäger viel Knöbelſpieſſen: & diſcordes ſæpiſſimè ſint; id tamen vix evenit niſi cum de meo & tuo agatur. *arg. l. 77. §. 20 ff. de leg. 2.*

11. Sed ſi de re extranei tractatur, ſatis in eo conveniunt, præcipuè ſi privatos homines ſpectemus, nam in Regibus arcana imperii aliud ſæpè poſtulant, quare ab his ad ſimilia progredi non licet. *arg. l. 14. & ſeq. ff. de ll.* Alibi levir advocatus efficit ut

F recuſa-

recuſatio judicis tanquam ſuſpecti fieri queat. Creſpi Vald. *d. obſ. n.* 15. Quare cum hoc jurejurando rejici poterit. *h. c. n.* 8.

12. Quod tunc maximè obtinebit ſi in unâ domo morentur & ejuſdem menſæ ſocietate teneantur. *Nam familiaritas & converſatio domeſtica, quam eadem habitatio idemque victus juxta gloſſam juris Canonici receptam parere ſolet, litigatoribus omninò juſtam & legitimam recuſationis cauſam præbere poteſt*, uti ait Maynard. *d. n.* 3. *in fi.*

13 Propinqui ſive cognati judicis alii ſi contra te poſtulent, eum tunc recuſari poſſe placuit Carolo de Graſſis *d. tract. except.* 24. *n.* 112. Nominatim id de patruo & avunculo apud Hiſpaniarum populos ſæpè memoratos cautum legimus apud Creſpi Vald. *d. n.* 15.

14. Ego tamen non ita longè ivero, ſed uti initio præfatus ejerationem deſidero, neque eam indiſcriminatim admittendam cenſeo ſed ſecundum diviſiones præcedente capite proditas, adeò ut id cum effectu non locum capeſſat, niſi cum is judex ſolus judicet vel de adſeſſore inferioris alicujus judicii nec plures habente collegas, agatur. Vide *c.* 6. *n.* 36.

15. Quando enim vides judicis vel ejuſmodi adſeſſoris neceſſariis tot affluere clientes & conſultores, quod judici vel ſcabino coram quo litem habes, ſanguinis vel adfinitatis vinculo conjuncti ſint, quos aliàs non haberent, meritò perhorreſcis tuum damnum, nam conjuncti & confœderati præſumuntur ejuſdem intentionis, uti ſermo eſt Felini Sandei *ad c.* 4. *x ut lite non cont n.* 1.

16. Videor audire has voces. Quid juvabit ergò ſtuduiſſe, ſi non liceat poſtulare in eo loco in quo natus, educatus & tuos habes neceſſarios, quorum amore fretus, animum legibus mancipaſti totum? Durum eſſe alienum ſolum quærere, quis enim ferat liberos à parentibus & fratres à ſe invicem aut à ſororibus ſeparari? *l.* 11. *C. Comm. utr. jud.*

17. Sed ſi hoc quid efficere poſſet, tunc liceret inferre, nec liberos nec fratres nec proximiores adfines prohibendos eſſe, ne cum parentibus, fratribus aliiſque conjunctis perſonis adſiderent uni tri-

uni tribunali, cum tamen non tantum in lineâ rectâ ſed & in eâ quæ è latere venit, etiam quartus gradus tàm ratione adfinitatis quàm conſanguinitatis hic vetitus ſit. *Statboeck van Groning. lib.* 1. *c.* 6. *Inſtruct. Cam. Hovetman. art.* 8.

18. Paulò laxiores Tyelani *Statut. p.* 1. *tit.* 1. *art.* 2. *§.* 4. *in fi.* atque Daventrienſes *Statut. p.* 1. *tit.* 1. *art.* 11. Illi enim ajunt, vader en ſoon / ſtijf-vader en ſtijf-ſoon / noch twee gebroeders: id eſt *pater & filius, vitricus & privignus & duo fratres* prohibentur. Hi verò vader en ſoon of oock twee gebroeders ſullen niet gelijck in den raede weſen / *pater & filius atque fratres non ſimul in Senatum allegentur*:

19. Plura nonnunquam in uno loco ſunt dicaſteria, & ſi ea ibi non reperiantur conferas te ad vicina vel ſuprema, aut aliud vitæ genus eligas & ſi lubet otioſus ac ſilentio vitam tranſeas. Si dicas id eſſe pecoris non hominis inſtitutum, cum Salluſtio *de bello Catil. cap.* 1. id quoque ſcias quod tuum privatum commodum cedere debeat bono publico, quodque *habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra ſingulos publicâ utilitate rependitur*: Tacitus *annal.* 14. *cap.* 44. Silhon *miniſtre d'Eſtat p.* 1. *liur.* 3. *diſc.* 2.

20. Hæc verò requirit ut lites abſque omni ſuſpicione procedant *l.* 16. *C. de judic. ibique DD.* Sed quomodò id obſervabitur, ſi adverſarii tui advocatus ſit judici omnium horarum amicus? Putarem nil intereſſe an judici loquatur advocatus an verò adverſarius. *arg. c.* 82. *de R. I. in* 6. licet diverſitatem hac in re ponat Zaſius *ad l. prætor. in fi. ff. de judic.*

21. Quanquam omnes mihi largientur, quod magis pertimeſcere debeam advocatum. Nam cum prudentiâ ingeniique viribus ſuum ſæpè ſuperet clientem, melius ſe inſinuare poteſt in favorem judicis quàm tuus adverſarius, ejuſque ideò judicis auribus inſidias ſtructas eſſe meritò vereris. *arg. verb. potentiam. d. c.* 11. *de reſcript. in* 6.

22. Dixerit fortè quiſpiam verbis veteris interpretis Odofredi, qui

di, qui ad *l. ſi ſtipulatio. 2. C. de jure dot.* nnotavit, *Or Signori hac lex eſſet bona & utilis, ſi eam ad praxin liceret reducere:* Reſpondebo me bonum & æquum profiteri, *l. 1. ſ. 1. ff de I. & I.* arbitrium verò Principibus & ſummis magiſtratibus ut illi hac de re conſtituant & jus dicant linquere. *arg. c. quoniam. ſi. de conceſſ. præb. in 6.* Klock. *de ærario lib. 2. c. 19 n. 64.*

23 Nec curo quod ſint non pauci qui diſſentiunt, inter qoos reperio Petr. Gregor. Tholoſ. *p. 3. ſyntagm. tom. 2. lib. 49. c. 3. n. 7.* & D. Mevium *p. 4. deciſ. 167.* ubi aliter judicatum refert, vide enim *ſ. 6 de concept. Digeſt. & l. 12. ff. de off. præſ.* & rationem Mevii non ſemel anteà refutatam. *c. 6. n. 11. 40. & 41.*

24. Hæ autem cauſæ debent eſſe *contemporaneæ* cum ipſo judicio, uti dicit Joſ. à Seſſe *deciſ. 415. n. 1.* Quare ſi diſſoluta eſſet adfinitas, vel tempore ſententiæ advocatus non foret, ejeratio ceſſaret ex doctrinâ Creſpi de Valdaura *d. obſ. 9. q. 3. n. 13.* Niſi tamèn deinde adhuc duraret affectio & familiaritas. Farinac. *fragm. crim. p. 2. verb. judex. n. 838.*

25. In hâc enim ejerationis firmamentum eſt ſitum, adeò ut eo caſu, quo fratres, ad fines aliive cognati ſibi familiares non eſſent nec benè inter eos conveniret neque amoris redintegratio interceſſiſſet, ea minimè locum capere poſſet, nam ceſſante ratione ceſſat diſpoſitio juris. *l. 1. C. de falſ. cauſ. adjecta.* Joan. Vinc. Hondedæ. 1. *conſult. 29. n. 67. & ſeq.*

26. Duo ſunt quæ adhuc inveſtiganda. Primum eſt, quid juris ſit ſi advocatus adverſus ſit *commenſalis* judicis vel contrà? Farinacius *d. l. n. 811. & 874.* rejectioni locum dat; quod non aliter quàm de ejeratione intelligi debet, ne obſtet *c. 1. x de off. jud.* quod de recuſatione judicis ſuſpecti & eâ quæ abſque juramento fit, accipias cum Par. de Puteo *tract. de ſyndicatu. verb. ſuſpicio. n. 10.* atque ita non adverſatur ſuperiore loco memoratus Zaſius nec etiam Creſpi Vald. *d. l. n. 30. & ſeq.*

27. Bellè deindè adhuc quæritur quid ſervari debeat, ſi judex parti adverſæ filium è baptiſmo ſuſceperit? Quia Paris de

Puteo

Puteo *d. v rb. ſuſpicio. n.* 10. & Maynardus *d. lib.* 1. *deciſ.* 89. *n.* 1. tradunt eum tanquam ſuſpectum declinari poſſe, fortius quis ſtatuat eum tibi præbere cauſam ejerandi. *arg. l.* 21. *ff. de R. I.*

28. Cum autem ne quidem imaginaria adfinitas per *compaternitatem* contrahatur; Jacob. Curtius JC. Brugens. *tom.* 1. *conject. lib.* 3. *c.* 6. & apud reformatæ religionis profeſſores civiles effectus non ſortiatur, Groenewegen. *de LL. abrog. ad l.* 26. *C. de nupt. n.* 3.

29. Ut hic Groningæ ejus nullus amplius ſit uſus, & in Cliviâ ac comitatu Marcæ nemo cogatur hodiè patrinos advocare; Clev. Marck. Kirch. Ordn. *art.* 104. atque certum quoque ſit plurimos alibi, ubi ea viget, id oneri ſœpè imputare atque damno, quia multi reperiuntur qui hac re ut novo adquirendi modo abutuntur nec niſi propter ſanctum denarium patrinos eligunt, ideò id non inde ſed ex familiaritate & amicitiâ æſtimandum; *h. c. n.* 25. nam arbitrio judicis id relinquit Decius *ad. c. cum ſpeciali. x de appellat. n.* 20.

30. Frequenter enim accidit ut poſteaquam infantem è ſacro fonte levaveris, nec parenti verbum loquaris vel eum planè amplius non cernas, quod cum & eveniat tibi cum filio ſuſcepto, docente id etiam Bernh. Sutholto *diſſ. I.* 2. *aph.* 30. ergò dicendum nec eum ſi habeas adverſarium, te poſſe ejus patrinum judicem ob hoc ſolum ejerare. Everard. à Middelb. *Topic. loc.* 22. *&* 23.

31. Hoc tamen obſervandum ut hoc in caſu non ſummam familiaritatem & arctiſſimam exigamus amicitiam, nam & remiſſior cum hac ſpirituali ſic dictâ cognatione conjuncta ſufficiet ad ejerationem. *arg.* §. 2. *I. de adopt.* Pantzſchman. *p.* 2. *q.* 17. *n.* 3. Forſter. *de ſucceſſ. lib.* 8 *c.* 1. *n.* 2.

Caput VIII.

Cauſa altera *ejerandi judicem traditur & ab objectione vindicatur. Quis potentior ſit adverſariis?*

1. Agamus nunc de cauſâ juramenti perhorreſcentiæ deſumtâ à perſonâ adverſarii. Ea autem eſt *adverſarii potentia* &

tia & diſertis atque expreſſis verbis præſcripta in *d. c.* 11. §. *cum verò. de reſcript. in 6.*

2. Nam cum in judiciis paritas ſervanda ſit & potentioribus pares eſſe non poſſimus; *l. 3. pr. ff. de alien. jud. mut. cauſ. facta.* Gloſſ. *ad d. §. cum verò. lit. n.* atque ab iis neminem opprimi oporteat, Azevedo *conſ.* 37. *n.* 14. *& ſeq.*

3. Jure conſtitutum, ut ſi quis deſperet de juſto litis eventu, quia metuit, quod judex ob nimiam adverſarii poteſtatem non ſit auſurus ex æquitatis juſtitiæque regulis judicare, ad ſuperiorem perhorreſcens provocare & inferiorem magiſtratum ejerare queat. Camill. Borell. *d. tit.* 56. *n.* 4. *&* 50. Feder. de Senis *conſ.* 114. *n.* 2. Seraphin. *d. priv.* 7. *n.* 28. Rauchbar. *d. q.* 3. *n.* 31. Seſſe *d. dec.* 117. *n.* 17. *&* 18. Munnoz de Eſcobar. *de ratiocin. adminiſtr. cap.* 7. *n.* 60. Jacob. Cancer. 2. *var. reſol.* 2. *n.* 18. *&* 19. Aug. Barboſa *ad l. un. C. quando Imper. in ter pup. & vid. n.* 22.

4. Potentior autem adverſarius intelligitur is qui gratiâ & opibus pollet ut judice major ſit eumque terrificare poſſit eique oſtendere vultum minantem & terribilem uti ait Abbas *in c. ex parte. de alien. mut. jud. n.* 1. vel quacunque ratione eum horrificare queat. *arg. d. §. cum verò.* Menoch. 3. *præſumt.* 129. *n.* 37.

5. Longius progrediuntur Hiſpani, quandò eum qui judici par eſt, ejerationi locum facere & potentiorem eſſe ſtatuunt. *Nova recopilat lib.* 3. *tit.* 10. *l.* 9. *ibique* Azevedo *in annot.* Avendano *de exequend. mandat. p.* 1. *c.* 19. *n.* 18. *& p.* 2. *c.* 12. *n.* 13.

6. Quod vix eſt tolerabile, nam par in parem non habet imperium neque æqualis æqualem terrificat. *arg. l.* 3. *in fi. l.* 4. *ff. de recept. arbitr. l.* 13. *§.* 4. *ff. ad SC. Trebell.* Caſp. Klock 1. *conſ.* 13. *n.* 13.

7. Sed licet ii quoque in aliâ juris materiâ potentiores dicantur quibus nos pares eſſe non poſſumus vel opibus vel gratiâ; Cujac. *parat. C. ne lic. potent. ibique* Jul. Pacius. *in method. n.* 2. tamen id hoc in negotio non ex tuâ perſonâ ſed ex conditione judicis, ut hic tuo adverſario par eſſe non poſſit, æſtimandum eſt. *d. c.* 11. *§. cum verò.*

8. Neque

8. Neque cum hoc pugnat quod antea *hoc cap. n.* 2. ex Gloſsâ retuli, nam hactenus id procedit, ut ſi adverſarius terrere poſſit judicem nos autem id facere nequeamus, ejeratio locum capiat. Si autem ambo eſſemus pari potentiâ præditi ad eam fruſtrà confugeres etiamſi judex nobis inferior eſſet, per ea quæ in ſimili tradunt Carpzov. *lib.* 2. *tit.* 2. *reſpons.* 19. *n.* 29. *&* 30. Scaccia *de appellat. q.* 7. *n.* 128. & Frantzke 1. *var. reſol.* 10 *n.* 39.

9. Frivolam quis hanc cauſam ab adverſarii potentiâ tractam appellet, cum nullus judex eam formidare debeat? uti Electoris Erneſti *reform. juriſd. eccleſ. Colon. part.* 1. *tit. de officiali.* 1. §. *nec precibus*, etiam nominatim continetur, nam ibi dicitur; *nec favore nec minis ſe terreri patiatur* :

10. Sed quod de Veſtali quâdam ſcribit Satyricus ille Germanus *debebamus eſſe virgines !* idem quis de inferioribus nonnullis judicibus exclamaverit, *debebamus eſſe conſtantes adeòque fortes ut non pateremur nos ab ullo potentiore flecti !* Quod ut ubique fiat optandum potius quàm ſperandum. *Quare ſupponendum quidem ex voto, nihil tamen quod fieri nequeat* : uti ait Ariſtot. 2. *Polit.* 4.

CAPUT IX.

Titulus in Codice Quando Imperat. inter pup. & vid. *differt ab hoc negotio. Miſerabiles perſonæ nec hodiè jurant.*

1. HÆc cauſa deſumta ab adverſarii potentiâ, licet convenire videatur cum eâ cujus ſedes eſt in *l. un. C. quando Imper. int. pup. & vid.* nec tamen eandem eſſe opinemur cum Borello *d. tit. n.* 5.

2. Tum quod ejeratio fieri poſſit ab omnibus hominibus horrore compulſis. *d. c.* 11. §. *cum verò. ibi. actor & reus.* Barboſa *ad d. l. un. n* 22. Tum quoque ideò quod in eo negotio, de quo mihi ſermo jurejurando opus ſit. Don Garſ. Maſtrilli *lib.* 2. *deciſ. Sicul.* 127. *n.* 11.

Quod

3. Quod autem non deſideratur ſi viduæ, pupilli aliæque perſonæ miſerabiles ad Imperatorem vel ſummum reip. tribunal provocent. Vinc. de Franchis *deciſ. Neapol.* 257. *n.* 1.

4. Non enim hoc privilegium illis perſonis miſerabilibus negatur, ſi non perhorreſcant potentiam ſui adverſarii, uti benè obſervavit Cenedus *ſing.* 83. *n.* 2. & ex voculâ *præſertim* in dictâ *l. un.* docent. Carpz. *d. reſp.* 19. *n.* 3. *& proceſſ. jur. tit.* 3. *art.* 6. *n* 8. Brunneman. *ad d. l. un.* Carleval *de judic. tom.* 1 *tit.* 1. *diſp.* 2. *n.* 628.

5. Cum itaque in adverſarii potentiâ fundamentum ponere non cogantur, fruſtrà requirimus ut jurent ſe eam perhorreſcere. *arg. l.* 3. *C. de reb. cred.*

6. Et quanquam Vinc. de Franchis *d. l. n.* 5. *&* 6. dicat, quod *hodiè propoſitis nobis cauſis viduarum & pupillarum eligentium, interrogamus an ſit præſtitum juramentum perhorreſcentiæ per perſonam legitimam*: id non niſi de regni Neapolitani uſu forenſi intelligendum uti apparet ex Matthæo de Afflictis, quem citat *d. n.* 5. idemque confirmat Joh. Aloyſ. Riccius *p.* 6 *deciſ. collect.* 2036.

7. In Germaniâ autem abſque ſacramento memoratas perſonas omiſſis judicibus inferioribus ad Principes alioſque Imperii ordines, quibus ſubjectæ ſunt, provocare poſſe certiſſimum eſt, uti teſtes ſunt Heinr. Newenhahn. *de priv. viduit. membr.* 3. *ſect.* 5. *lit. d.* Carpzov. *d reſp. n.* 15. *& d. art.* 6. *n.* 5. Brunneman. *ad d. l. un.* & reipſâ in Cliviâ aliiſque provinciis comperi.

8. Imo rejecto omni judice ſeculari atque etiam ſupremo provinciæ dicaſterio, in diocœſi Monaſterienſi ſe ſubjicere queunt *officiali*, licet non jurent ſe alicujus potentiam perhorreſcere. *Reform. noviſſ. jud. eccleſ. Monaſt. tit.* 1. *§. pariterque. & tit.* 25. *§. ſecundò*: *anni* 1651. 2. *Decembr.*

9. Quod jure Canon. illis non aliter licet quàm ſi à judice ſeculari jus conſequi non poſſunt, *c.* 11. *x de foro comp.* vel de vi & poſſeſſione quærantur. *c.* 15. *x eod. tit.* Vallens. *ibid. §.* 1. *n.* 12. Perez. *ad d. l. un. n.* 6.

Caput X.

DISPUTATIO III.

Reſp. Theod. Herm. Ewinghaus. *Tremon. Veſtofalo.*

CAPUT X.

Novè diſquiritur an in Germaniâ miſerabiles perſonæ ad Spirenſe & Viennenſe dicaſterium provocare queant? & quid in Belgio obſervetur?

1. AN autem viduæ & pupilli aliæque perſonæ miſerabiles ſtatim ad ſupremum Imperii tribunal quod eſt Spiræ Nemetum vel ad aulicum Imperii Senatum qui Viennæ in Auſtriâ cogitur, præteritis dicaſteriis provincialibus *arg. d. l. un. C. quando Imperat. inter pup. & vid.* proſilire queant, non una ſtat omnibus quod ad dicaſterium Spirenſe adtinet, ſententia; quos ego in tranquillum conferre conabor hâc diſtinctione.

2. An litem ejuſmodi perſonæ habeant de re eâ quæ appellationi ad dictum tribunal Spirenſe locum faciat vel non? Prior caſus ſi incidat ex ratione juris ſentio id adfirmandum eſſe cum Philippo Tennagel *de decern. proceſſ. claſſ.* 3. *c.* 12. quem adducit & videtur ſequi Blum *proceſſ. Camer. d. tit.* 37. *n.* 20.

3. Nam ſuprema provocatio eſt jus majeſtatis. *l.* 1. *§.* 1. *ff. à quib. appell. non lic.* D. Jacob. van der Graef *ſyntagm. jur. publ. cap.* 24. *n.* 1. Hoc autem ab Imperatore & Ordinibus tribunali iſti ſupremo datum eſt. *Ord. Cam. Spirenſ. p.* 1. *tit.* 3. *pr. & p.* 3. *tit.* 61.

4. Sequitur ergò prædictas miſerabiles perſonas à principio ad id provocare poſſe atque huic competere id jus quod olim ſolius fuit Imperatoris. *arg. rubr. d. t. ibi. Imperator.* Vide Sigiſm. Scaccia *de appellat. q.* 7. *n.* 114. *infi.*

5. Non nego Ordines id ſibi ſervare potuiſſe jus, quia in conſortium majeſtatis recepti; Carpzov. *p.* 1. *prax. crim. q.* 41. *n.* 75. *& ſeqq.* ſed quia hoc non fecerunt expreſſè, ei privilegio haut derogatum eſſe inferre licet; neque enim aliter id ceſſat. Caſtillo *lib.* 3. *quotidian. c.* 25. *n.* 7. Cancer. *d. c.* 2. *n.* 14. Petr. Barboſa *ad l.* 1. *ff. de judic. tract.* 4. *n.* 72. Aug. Barboſa *ad d. l. un. n.* 3.

9. Poſteriore autem caſu veriorem eſſe ſententiam negantium non dubito, quam tuentur Gail. 1. *obſ.* 1. *n.* 4. *ibique* Greven. *conſid.* 1. *pr.* Vultej. *ad d. l. un. n.* 20. Newenhahn. *d. lit. d.* Carpzov. *d. reſp.* 19. *n.* 14. *& ſeq. & d. art. n.* 4. Brunneman. *ad d. l. un.* Wiſſenbach. *ibid.*

7. Nec enim fraus fieri debet legibus pactitiis & privilegiis de non appellando. Paurmeiſter. *de juriſd. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 117. Cui rei & ipſe Imperator cautè proſpectum cupit in Ordn. des Reichs hoff-rahts. *tit.* 2. *§.* wir befehlen. *in fi. ibi.* in erkäntnußen der *proces* ohne verletzungh der Stende *privilegien* gemäß verhalten:

8. Per hæc autem privilegia Imperator in Principes reliquoſque Ordines tranſtulit hoc quod aliàs majeſtati cohæret *hoc c.* 10. *n.* 3. Unde colligitur hoc etiam iis conceſſum ut de cauſis perſonarum miſerabilium ſibi ſubjectarum, ſoli excluſâ cognitione dicaſterii Spirenſis judicare queant: *arg. l. un. ff. de off. præf. prætor. l.* 2. *ff. de juriſd.*

9. Et ſi aliter ſentiremus nimis magna foret litium in Spirenſi dicaſterio ſeges, nec iis finiendis ejus adſeſſores ſufficerent. Quâ ratione lites fierent immortales contra *l.* 13. *pr. C. de judic.* & ſaluberrimas Imperii conſtitutiones, R. A. zu Regenſpurg 1654. *§.* dieſem nechſt. atque gentium nationumque moratiorum ſcita. D. Johan. Heemskerck *Batav. Arcad. p.* 622. *& ſeq.*

10. Quod hoc tempore maximè metuendum eſſet; licet namque adſeſſorum numerus quinquaginta perſonis definitus ſit. *Inſtrum. pac. Cæſareo-Suecic. art.* 5. *§.* 20. *pr. d.* R. A. *§.* den *numerum*: is tamen nec mediam partem completus. Cui rei ut brevi proſpiciatur optandum, ut occurri poſſit Severino de Monſambano perſonato iſti Italo *in libro de rat. ſtat. Imp. Germ. c.* 5. *§.* 20.

11. Idem de aulico Viennenſi conſiſtorio dicendum, nam parem cum Camerâ Spirenſi habet poteſtatem. Quod ne longè petere grave ſit, apertiſſimè conſtat ex *d.* Ordn. 1614. §. So wollen wir. *ibi. concurrentem juriſdictionem*: Gail. 1. *obſ.* 41. *n.* 8. Limnæus *de I. P. lib.* 9. *c.* 2. *n.* 77. *& ſeq.* Carpzov. *de privil. Elect. & Duc. Sax. de non appell. c.* 1. *n.* 35.

12. Sed

12. Se..uic ſententiæ, quod miſerabiles perſonæ quando appellare queunt ad ſuprema illa tribunalia, etiam ad ea inferioribus judiciis omiſſis provocare poſſint, graviter obſtat, quod cum Imperator Matthias *in d. Ordn. §.* und weil auch: conſtituiſſet oder ſönſten vns *oppreſſorum & miſerabilium* zu verhörung der ſachen allein außgehen laſſen: Ordines tamen Imperii in annotatis ad *d.* Ordn. in conventu Norico *die* 10. *Febr.* 1615. adjectis, voces *& miſerabilium* omittendas cenſuerint.

13. Quanquam dici poſſit iterum, eos hoc voluiſſe non ad ſolum Imperatorem & aulicum Senatum ſed etiam ad Cameram Imperii, quæ Spiræ eſt, miſerabiles perſonas provocare poſſe ſi ſumma vel res ſit de quâ appellatio permiſſa nec privilegio interdicta. Cum enim appellari poſſit, cur non iſtis miſerabilibus perſonis hæc provocatio ex *d.l. un.* concederetur? ſic ſumtibus parcetur. *c.* 4. *n.* 40.

14. Licet ut verum fatear id unquam contigiſſe haut meminerint viri rerum utriuſque iſtius fori peritiſſimi. Quod cum Carpzovio *d. reſp.* 19. *n.* 14. non ad pacta inter Imperatorem & Ordines inita referendum, id enim quæritur an ſic peccaretur contra conventiones publicas; quare id totum eò, quod provocatione illâ non utantur, refero cum Gailio 1. *obſ.* 1. *n.* 40.

15. In Hollandiâ memorata lex adhuc obſervatur; ſic ut pupilli, viduæ aliæque perſonæ miſerabiles, niſi cum agitur de lite, quæ in civitatibus ſit infra 100. *florenos* & in pagis infra 50. tales nummos. *Ord.* van kleyne ſaecken. *art.* 2. ad curiam provincialem ſtatim provocare queant. *Inſtruct. cur. Holl. art.* 8. De Friſiâ Belgicâ id conſtat ex Joan. à Sande *deciſ. Friſ lib.* 1. *tit.* 1. *def.* 2. & de provinciâ Ultrajectinâ id teſtatur Wilh. Radelant *deciſ.* 118. *n.* 1. nec non de Belgio ditionis Hiſpanicæ Chriſtinæ. 2. *deciſ.* 161. *n.* 2.

16. In hac autem provinciâ miſerabiles perſonæ non aliter ad ſupremum tribunal provocare queunt quàm iis caſibus daer de Hedgeren of Richteren haer *officium* niet doen: ideſt

ideſt; *quibus judices officium ſuum non faciunt*: *Inſtruct. Cam. art.* 42. *pr.*

17. Etiamſi in cauſis pauperum & pro ratione diverſitatis perſonarum aliter aliquando ſervetur. Nam in primâ inſtantiâ judicavit Ampliſſimus ordo 22. *Nov.* 1651. tuſſchen de arme Voogden te Grijpskerck *contra* Frerick Janſſen: etiamque *die* 25. *Septembr.* 1665. tuſſchen Hilletien Hendrix en Julle Cornelis.

18. In Gelriâ *d. l. un.* non cuſtodiri tradit Fred. à Sande *de feud. Gelr. tract.* 3. *c.* 1. *§.* 1. *n.* 16. Sed ex ratione haut probandâ & à me refutatâ *c.* 4. *n.* 32. *&* 33. Et an in Gelriâ omnes jus dicentes habent juriſdictionem patrimonialem? Id utique verum non eſt. Vide *Lantrecht van Veluwe c.* 1. *§.* 1. *Zutphen. tit.* 1. §. 1.

CAPUT XI.

Tertia cauſa ejerationis judicum trahitur à loco non tuto. *Talis dicitur à* peſte *non à* ſpectris.

1. TRanſeo ad hujus ejerationis ſpecialis cauſam poſtremam ſive *locum non tutum*, quæ etiam nominatim continetur, *in d. c. ſtatutum. §. cum verò. ibi. niſi actor eandem civitatem ſeu diocœſin intrare non audens*: nam triſtiſſimum eſt coram ſuſpecto territorio litigare ſcritit Joſeph. à Seſſe *d. dec.* 117. *n.* 17. ubi allegat Portoles, Mandos. Couvarruv. Bellamer. Feder. de Senis & Nevizan. ſibi conſentientes.

2. Ait autem Gloſſa ad dicta verba *lit. m. fortè Gibellinus & ibi regunt Guelphi*: Et rectè! locum enim non tutum etiam dicimus illum, in quo quis habet eos, cum quibus ſibi vel civilis diſſenſio aut capitalis eſt inimicitia. *c.* 35. *x de offic. & pot. jud. deleg.* Zanger *d. c.* 5. *n.* 5.

3. Utrumque autem interceſſit inter Guelphos & Gibellinos. Bartol. *de Guelph. & Gebellin. n.* 1. *& ſeq.* Pedro Mexio *en la ſilva de varia Leçion. lib.* 2. *c.* 45. Reinking. *de R. S. & E. lib.* 1. *claſſ.* 2. *cap.* 8. *n.* 17. Beſold. *theſaur. pract. lit. G. n.* 96.

4. Quos

4. Quos in Germaniâ die Oſtenreicher & Beyeren / atque Böhmen / in Galliâ *ceux d'Orleans* & *de Bourgogne*, in Angliâ *they of Lanckaſter and Yorck*, in Flandriâ witte Cappꝛoenen / in Friſiâ & hac provinciâ Groninganâ & Omlandicâ Vetkoopers en Schieringers / in Gelriâ Heeckers en Bꝛonchoꝛſters / nec non in Hollandiâ æmulatæ ſunt factiones eorum qui ſe vel Hoecks vel Cabelſiaeus appellabant de quibus vide ſi velis Joh. ab Heemskerck V. Ampliſſ. *d. libro. p.* 260. *& ſeq.*

5. Quamvis tunc putarem ſufficere, ſi id ſaltem allegaretur; nec eum qui talem locum perhorreſcit, urgendum eſſe ut juret, quia notorium periculum nullâ eget probatione. *l.* 3. *C. de reb. cred.* eleganter Weſenbec. 1. *conſ.* 3. *n.* 53.

6. De peſte eadem mihi ſedet ſententia, ſi propter eam juſtitium ſit indictum. Pacian. *d. c.* 46. *n.* 76. Quod ante biennium ideò à Sereniſſ. Electore Colonienſi factum fuit. Cum verò tunc tamen nonnulli reperti fuerint qui juris experiundi copiam ſive *proceſſus* vulgò dictos impetrarunt, ideò jam ſcio lites eſſe ortas, contendentibus aliis hoc iis qui tunc omiſerint judicio agere obeſſe debere atque iis præſcriptionem temporis obſtare.

7. Quod ego negandum duxi nec ideò quenquam ad juramentum perhorreſcentiæ præſtandum obligatum eſſe cenſui, cum jure ſuo uſus ſit. *arg. l.* 4. *C. ad L. Iul. de adult.* nec capiatur qui jus publicum ſequitur. *l.* 116. *§.* 1. *ff. de R. I.* atque aliorum facta aliis non debeant obeſſe. *t. t. C. ut res int. al. acta al. non præjud. l.* 74. *ff. de R. I.* & quis quidem ſuo non verò alieno favori renunciare queat. *l. pen. C. de pact. arg. l.* 11. *ff. de R. I.*

8. Erit ergò huic jurijurando locus ſi magiſtratus ſui copiam faciat & tamen quis propter luem perhorreſcat, *eandem civitatem intrare non audens*; Cum alii aliis ſint timidiores uti dixi *c.* 2. *n.* 28. & mortis horror juſtiſſimus ſit. *l.* 3. *in fi. ff. quod met. cauſ.*

9. Sic tamen hoc intelligi velim, ut non ſit audiendus is, qui mortis metum cauſatur & hoc jurejurando horrorem teſtari cupit, cum una vel altera domus tantum lue eſſet corre-

correpta, uti ſcripſi *in diſſert. de promot. abſent. c. ult. n.* 8.

10. Ut tolerare nequeam quod ſuſpicionem peſtis idem quod luem ipſam facere, tradant Reyger. *theſ. jur. lit. P. n.* 167. & Caſp. Manzius *ſpecial. jur. verb. peſt. temp. n.* 28.

11. Idem ajo de eo, qui dicit locum ſibi non fuiſſe tutum ideò quod mali genii in eo graſſarentur, quod de Paderbornâ pro verò noſtrâ memoriâ narratum fuit. Nam ut eſt in proverbio aliorum wieder den teufel kan man ſich ſegnen / vel ut nos diceremus beten. Ideſt *contra diabolum utare benedictione vel precibus.* Chriſtus etiam ejuſque Apoſtoli non abſtinuerunt ſe ab ejuſmodi loco. *Matthæi* 8.28 *&* 31. Si eorum veſtigia ſequamur orando, non incidemus in tenebras earumque ſocios. *Iohan.* 8. 12.

12. Apud Belgas ſi quis talem cauſam allegaret, is rideretur & pipulo differretur, nam

Nocturnos lemures portentaque Theſſala ridens:

Quâ de re vide Gothofred. *ad l.* 27. *§.* 1. *ff. locati* Wiſſenbachium, *ad l.* 184. *ff. de R. I.* Marcumque Ant. del Rio, *diſq. magic. lib.* 2. *q.* 27. *ſect.* 2. *p.* 341. quos memoravi alibi, atque etiam Ampliſſ. Heemskerck *d. libro. pag.* 89.

13. Cur autem de ſpectris nil ibi jactetur, ejus rei cauſa fortè magnæ hominum frequentiæ imputanda, nam diabolus amat loca deſerta. *Matthæi* 12. 43. *Lucæ* 8. 29. *&* 4. 2.

CAPUT XII.

Antiquiſſimis Romanis ejeratio judicum fuit cognita & ſemper retrò uſitata. Locus ſacri codicis declaratus.

1. DE origine & uſu hujus jurisjurandi porrò ediſſerere convenit. Eum autem antiquiſſimum eſſe reperio atque tunc uſurpatum cum moribus antiquis ſtaret res Romana viriſque, uti liquidò memoriæ hujus tempeſtatis proditum eſt per Ciceronem *in Verrinâ* 2. *§.* 137. ſic ajens. *Tum iſte negat ſe de exiſtimatione ſuâ cuiquam, niſi ſuis commiſſurum. Negotiatores ſi putant eſſe turpe id forum ſibi iniquum ejerare, ubi negotientur. Prætor provinciam ſuam totam ſibi iniquam ejerat:* 2. Sin-

2. Singularis impudentiæ ideò Verrem arguit Tullius. Non aliâ autem ratione id ab eo factum, quam quod Verres bonis conditionibus, quibus ab accuſatore onerabatur uti nolebat. Dabatur enim Verri poteſtas jurandi *ex provinciâ Siciliâ totâ idoneum judicem aut recuperatorem nullum poſſe reperiri:*

3. Sic tamen ut Romam rem tunc rejiceret, poſtulabat jure accuſator. Sed Verres ſe ibi invidioſum eſſe ſciens, negat ſe Romam rejecturum: negat de conventu recuperatores daturum: cohortem ſuam proponit. Cicero *d. l. §.* 138. *&* 139.

4. In quo poſtremo, quod non niſi à ſuis judicari volebat, peccaſſe dicendus. Exiſtimabat enim *plus apud lectiſſimos ſenatores pecuniam, quàm apud treis negotiatores metum valere:* Ut impudenter nimis ſuos homines non tantum Senatui Romano ſed & toti populo, penes quem tunc majeſtas nec non ſummum imperium erat, prætulerit. In quo cum virtutis veræ cuſtodes rigidique ſatillites eſſent plurimi, ejeratis patribus conſcriptis ex populo ſibi recuperatores dari petiiſſet, ad hunc enim à Conſulibus erat provocatio. *arg. l.* 2. *§.* 16. *&* 23. *ff. de orig. jur.* Livius *l.* 9. *c.* 8.

5. Adeò ut per id non deſtruatur ſed potius confirmetur judicum ejeratio. De quâ nos dubitare non ſinunt alii Ciceronis loci. Nam *orat. Philip.* 12. *§.* 18. ait, *Sic me iniquum ejerabant, de me querebantur, diffidebant etiam Servilio:* Et in *lib.* 2. *de oratore §.* 285. *Ejero inquit: iniquus eſt. Cum eſſet admurmuratum. Ah, inquit P. C. non ego mihi illum iniquum ejero, verum omnibus.*

6. De Antonio Q. Cicero *de petit. conſul. pr.* ſcribit, *vocem denique audivimus jurantis, ſe Romæ judicio æquo cum homine Græco certare non poſſe:* Atque ſic olim judices jurejurando rejectos fuiſſe teſtis etiam eſt Aſcon. Pædianus *in d. Verr.* 2. & docent Adr. Turneb. *ad Iocos Ciceron. d. lib.* 2. *de orat.* atque Dion. Gotofred. *ad Ciceron d. l.*

7. Occupatâ deinde per Cæſares rep. ejeratos fuiſſe judices, ex ſacro codice erudimur. Neque enim mihi perſuadere poſſum, id quod in actis Apoſtol. *c.* 25. 11. 12. 21. *&* *c.* 26. 32. memoratur

ratur de Paulo declinante Feſti tribunal & provocante ad Cæſarem, fuiſſe appellationem, etiamſi ſic opinentur Sigiſm. Scaccia *de appellat. q.* 16. *n.* 6. & Petr. Gregor. Tholoſan. *de appellat. lib.* 1. *c* 2. *n.* 4.

8. Nam licet ſcriptura prima habeat Καίσαρα ἐπικαλοῦμαι: atque ideo non tantum vulgata ſed & Bezæ verſio dicat *Cæſarem appello*. Quod & vernaculâ ſuâ linguâ ita reddiderunt Arabs, Æthiops, Belga, Gallus & Britannus.

9. Id tamen ſcire nos oportet, quod à verbo ἐπικαλοῦμαι ad verbale ἔκκλησις vel ἔκλητος non rectè inferatur, uti ajunt noſtri etiam homines & demonſtravi *in tract. de jure in re & ad rem. c.* 21. *n.* 22. 23. *&* 24. Ut fruſtrà ſic argumenteris: Paulus appellavit Cæſarem ergò appellatio intervenit. *arg. l.* 15. *§.* 20. *&* 22. *ff. de injur.*

10. Dare etiam atque prætermittere ſi debeam, quod D. Lucas vel ſi quis ſit alius actorum auctor, rem iſtam dixerit appellationem, id tamen minimè me turbat, cum rerum vocabula ſint immutabilia, nec obſtare poſſit, nomen rei forenſi inconveniens inditum fuiſſe ab eo, qui non res hujus ævi ſed æterni tantum ſibi propoſitas habebat. *arg. l.* 4. *pr ff. de legat.* 1.

11. Rectius ergò Syrus id vertit, *Cæſaris protectionem appello*: quem ſecutus eſt Tremellius. Nec aliter Auguſtinus *epiſt.* 50. *ne Iudæis eum interimere cupientibus traderetur, Cæſaris popoſcit auxilium*: & Eraſm. Schmidius id exponit *Cæſarem provoco, in not. ad d. c.* 25. 11. Feſtum enim & Judæos tanquam iniquos judices perhorreſcebat: hos ſcilicet ideò quod ei feciſſent inſidias, ut eum in viâ interficerent. *d. c.* 25. *Actor. verſ.* 3. iſtum verò, quia Judæis Paulum tradere in animum inſtituerat, ut iis fœneraretur beneficium eoſque ſibi ad ἀντίδωρα obligaret. *d. c.* 25. 9.

12. Non ergò hic intervenit appellatio, ſed D. Paulus prudentiſſimo conſilio forum utrumque ejeravit & ad Cæſarem provocavit atque in tempore prævenit, ne poſt vulneratam cauſam ac ſententiam contra ſe pronuntiatam, remedium quærere ne-

vere neceſſe haberet. *l. fi. C. in quib. cauſ. in integr. reſt. nec non eſt.* Jean Diodati *ad d. c.* 25. 11. *je reclame : non par voye d'appel, veu qu'il n'y avoit point de jugement donnè: mais declinant la connoiſſance d'un juge notoirement prevenu & recuſable, ou implorant la protection d'un ſouverain, contre une violence manifeſte.* Idem annotavit Calvinus *ad d. c.* 25.

13. Quanquam divini quid huic rei immixtum fuiſſe ut Divus Paulus eâ occaſione obtemperaret oraculo paulò antè *Actor.* 23. 11. accepto, tradant Beda & Nicol. de Lyra *ad. d. c.* 25. 1. nec non Jac. Tirinus. *ibid. verſ.* 4. atque Cornel. à Lapide *ibid.*

14. Planiſſimè autem pro meo inſtituto facit, quod D. Chryſoſtomus *ad. d. c.* 25. *homil.* 51. de Feſto diſſerens, annotavit: Διὰ τοῦτο πάλιν καὶ αὐτὸν ἐκφοβεῖ, ἀνθρωπίνῳ χρησάμενος ὅπλῳ: *Propter hoc iterum etiam illum*, nimirum Paulum, *perterret, humanis utens armis:*

15. Quare D. Paulus, **als een Burger van Roomen die dit recht van appel ofte**/tanquam civis Romanus qui hoc jus appellandi vel *quod melius*, **beroepinge op den Keyſer** / provocandi ad Cæſarem, *nam ab Imperatore præſes provinciæ dabatur. l. 20. ff. de off. præſ. Lipſius ad Taciti annal. lib. 1. excurſ. lit. M.* **in ſulcke gelegenheyt**/ in tali occaſione, *perhorreſcentiæ ſcil. uti conſtat ex dictis hoc cap. n. 1. & ſeq.* **toekomt** / habet, *uti eruditè id exponunt Belgæ ad d. c.* 25. 11. tribunal Feſti eum horrificantis ejeravit.

16. Si ajas appellationem vel provocationem talem civibus Romanis ſemper licuiſſe, tunc tibi allegabo *l.* 21. *pr. ff. de appellat.* & ſi dixeris nullum commemorari jusjurandum in actis Apoſtolorum? Reſpondebo vel quod Spiritus Sanctus non judicaverit id neceſſarium nobis tradere quemadmodum cum D. Paulo apud Cæſarem actum fuerit & quemadmodum is ſe defenderit, uti apparet *ex cap. ult. Actor.* vel quod in re notoriâ id non exigatur uti tractavi *c.* 11. *n.* 5.

17. Zenonis ſeculo ejerationem judicum uſurpatam fuiſſe ejus Principis conſtitutio ſatis indicat *in l.* 12. *in fi. C. de judic.* In quâ

H imperi-

imperitam manum fucumque nobis factum facilè obſervabit, qui varias ejus lectiones examinabit. Ego nullus dubito *ejerationem* ibi legi oportere, nec ſatisfacit Car. Annib. Fabrotus quando in Baſilicis *lib. 7. tit. 6. in d. l.* 12. loco vocabuli ἐξωμοσίας ſubſtituit *juratoriam cautionem*.

18. Et jam ante Zenonem ſub optimo Principe Trajano id obſervatum fuiſſe, fidem facit Plinius *in panegyr.* ubi ait, *Sors & urna judicem aſſignat, licet rejicere, licet exclamare, hunc nolo*:

19. De Juſtiniani tempore idem adfirmo. *d. l. 12. & l. 16. C. de judic.* Sed de eo fortè nil adtinet dicere, cum is hominibus uſus ſit, qui leges precio fixerunt & refixerunt, uti Conſtant. Harmenopulus *promt. jur. lib. 1. tit. 1. §. 10.* graviter poſteà quæſtus & vir ſummus Hugo Grotius *flor. ſparſ. ad Novell. in pr.* quod facere hodiè nec deſinunt etiam docti alii. Utinam immenſa veteris prudentiæ volumina haberemus! Vide quæ ſcripſi *in ſpicil. ad Inſtit. procem. §. 3.* & quæ graviſſimis verbis ideò contra Juſtinianum & Tribonianum tradit Dominic. à Vengochea Regius Arrag. Conſiliarius *in præfat. ad Ioſ. à Seſſe deciſ. Arrag.*

20. Seculis poſt fata Juſtiniani barbaris & ad juris rationiſque ordinem adſpirare non audentibus, ſiluitne quoque judicum ejeratio? id meritò quæras. Factus enim tunc fuit locus legibus Salicis, Burgundicis, Longobardicis, Viſigothicis aliiſque corpore legum antiquarum à Lindenbrogio edito comprehenſis maximamque partem affaniarum plenis. Jacob. Gothofred. *hiſt. jur. c. 9.*

21. Nec iis tempeſtatibus eam in totum ab uſu receſſiſſe licet de juramento nil memoriæ proditum, firmiter autem mihi perſuaſum habeo. Nam ex vetuſtis iſtis legibus, quarum etiam judice ipſo Gothofredo aliquis uſus eſſe poteſt, id comprobatur. *LL. Wiſigoth. lib. 2. tit. 1. l. 23. Si quis judicem vel comitem aut vicarium comitis ſeu tyuphadum ſuſpectos habere ſe dixerit, & ad ſuum Ducem aditum accedendi popoſcerit, vel fortaſſe eundem Ducem ſuſpectum habere ſe dixerit: non ſub hac occaſione petitor, ac præſertim pauper quilibet, patiatur ultra dilationem;* 22. Sim-

22. Simpliciter etiam perhorreſcenti permittitur appellare in *Capitul. Karoli M. & H Ludovici lib. 7. tit. 170. Si quis judicem pro quibuſcunque cauſis adverſum ſibi ſenſerit, aut habuerit fortè ſuſpectum, vocem appellationis exhibeat*: Ut ergò res ipſa fuerit tunc cognita & rejectio judicum facta citra cauſæ alicujus probationem. *d. Capitul. Karol. verb. ſenſerit*:

23. Clarius autem id tradiderunt qui reſtauratâ juriſprudentiâ per Lotharium II. Saxonem circa annum æræ Chriſtianæ 1227, profiteri in ſcholis poſteà jus civile cœperunt, & docuerunt jusjurandum ſufficere ad removendum judicem ſuſpectum nec aliam probationem deſiderari, veluti Azo *ad l. 14. C. de judic. n. 1.* & Roffredus, quem adducit & probat Ant. de S. Georgio *in not. ad Specul. lib. 1. part. 1. §. 4. n. 5.* quique fuit diſcipulus Azonis. Val. Forſter. *hiſt. jur. civ. lib. 3. c. 9. n. 1.* Joan. Fichard. *in vitâ Roffredi.*

24. Hos deinde ſecuti ſunt ii à me memorati *c. 3. n. 7.* ut mirari ſatis nequeam, quod materia hujus juramenti multis nova & antehac inaudita videatur; tot enim tantique interpretes amplius quid jam olim, mentionem perhorreſcentiæ licet omiſerint, re ipſâ tamen ſtatuerunt quando jurejurando ſolo judicem rejici poſſe ſcripſerunt, quibus addantur Tiraquell. Burſat. Oſaſc. Couvarruv. Morla, Jacobus Laurent. Farinac. Miranda, Gratianus, Sanchez. Valaſc. quos refert & ſequitur Aug. Barboſa *in collectan. ad l. 14. C. de judic. n. 17.* etiam ſic ſentit M. Ant. Caimus *ad tit. C. de judic.*

25. Dicit deinde Barboſa ſolam recuſantis voluntatem ſufficere ex opinione Mynſingeri, Marantæ, Couvarruv. Navarri, Pauli Berti Lucens. Seraphini, Scacciæ, Jacobi Laurent. & Molinæ. Et certè potuit hac de re inter juris interpretes eſſe dubitatio tùm propter *l. 16. C. de judic.* ubi nullum deſideratur ſacramentum, tum etiam ideò quod memoriæ noſtræ proditum non ſit, quod in hac rejectione, licet ejeratio appellata fuerit, jusjurandum intervenerit tàm apud priſcos Quirites quàm gentes barbaras, uti præfatus *& h. c. 12. n. 16. & 21.*

26. Donec tandem Bonifacius VIII. patriâ Anagninus; *anno* 1295. creatus Pontif. Max. jam ſuo ſeculo hanc rem inter juris doctores, uti conſtat ex Azone citato *b. c.* 12. *n.* 23. *& c.* 13. *n.* 17. reciprocari cernens, eam litem ſecuerit grana quaſi ex ſpicis excutiens, atque ideò jus hoc novum *in c.* 3. *n.* 16. appellavi cum Juſtin. *in §.* 25. *I. de R. D. & §.* 3. *I. de locat.* De quo Papâ licet dicatur, *intravit ut vulpes, vixit ut leo, mortuus eſt ut canis*: uti poſt alios Joan. Cluver. *epit. hiſtor. p.* 594. res tamen aliquas laudabiles in pontificatu geſſit. Forſter. *d. lib.* 3. *c.* 20. *n.* 4.

27. Quod & ex jure Canonico liquidò probatur. Nam in Sexto Decretalium omne genus vitiorum coërcet & optimarum rerum curam habet. Occurrit animarum periculo, *c.* 2. *de conſtit. c.* 2. *de jurej. c.* 2. *de pact. c.* 24. *&* 34. *de elect. & el. pot. c.* 2. *de except. c.* 1. *de ſepultur.* ambitioſis actionibus, *c.* 5. *de reſcript. c. fi. eod. c.* 1. *de conſuetud. c.* 32. *de præbend. c.* 2. *de conceſſ. præb.* pernicioſæ & nimiæ curioſitati, *c.* 1. *de poſtul. prælat. c.* 1. *de renunt.* dolo & fraudi; *c.* 12. *de reſcript. c.* 26. *&* 35. *de elect. & el. pot.* pravitati; *c.* 43. *eod.* eccleſiarum damno, *c.* 40. *eod. c.* 1. *ut lite pend. c.* 2. *de præſcript.* manifeſtis injuriis & violentiis, *c. fi. de ſupplend. negl. prælat. c. un. de his quæ vi met.* temeritatis audaciæ, *c.* 4. *de off. ordin. c.* 18. *de præbend.* corruptelis, *c.* 1. *&* 2. *de conſuet.* vagandi licentiæ & diſſolutioni *c. fi. de reſcript. c.* 2. *ne cler. ſecul. negot. ſe immiſc.* ſcandalis, *c. fi. de pact.* exceſſus enormitati, *c.* 15. *de ſent. excommunic.* deteſtabili & periculoſo monialium ſtatui. *c.* 1. *de ſtatu regul.* & clericis joculatoribus goliardis atque bufonibus. *c.* 1. *de vit. & hon. cler.* Apoſtolum ſequitur in *c.* 1. *de renunt. c.* 6. *de off. ordin.* Vult ut mors aliena non captetur. *c.* 3. *de conceſſ. præb.* alieno odio nemo prægravetur. *c.* 37. *de elect. & el. pot.* eccleſiarum reformatio libera ſit. *c.* 4. *de off. ordin.* indignos eligentes jure ſuo priventur. *c.* 18. *de elect.* Huc facit *t. t. de reg. jur. in* 6.

28. Inter quas conſtitutiones jure merito celebratur ea quæ exſtat in *d. c.* 11. *§. cum verò. de reſcript. in* 6. cujus verba huc pertinentia digna duxi hic inſerere, ſic autem habent; *niſi actor eandem*

dem

dem civitatem ſeu diœceſim intrare non audens: aut ſui adverſarii potentiam meritò perhorreſcens, cum intra ipſas nequeat convenire ſecurè: in his quippe caſibus extra dictas civitatem & diœceſim poſſit contra prædictos cauſa committi: nullus tamen eorum ultra unam dietam à fine ſuæ diœceſis valeat conveniri. Sed & in duobus ultimis caſibus, niſi impetrans de prædicto timore, quem in literis commiſſionis exprimere teneatur, primo fidem judici faciat ſaltem per proprium juramentum: judex ipſe nullatenus in cauſâ procedat, ſed partes à ſuâ juriſdictione dimittens, impetrantem eundem in expenſis legitimis alteri parti condemnet:

29. Apparet ergò verbis hujus canonis tantum proponi duas poſtremas perhorreſcentiæ cauſas. Sed quia *verbum ex legibus ſic accipiendum eſt, tam ex legum ſententia quàm ex verbis*, uti docet Ulpian. *in l.6. §.1. ff. de V.S.* interpretatione id quod verbis deeſt ſuppleverunt interpretes, *arg. l.13. l.17. ff. de legib.* & primam horroris cauſam quoque introduxerunt *arg. d. §. cum verò.* uti promptum videre apud auctores *c.2. n.2. & 3. nec non c.4. n.1.* & tradit Joſeph. à Seſſe *d. dec. 117. n.17. ibi. quia triſtiſſimum eſt coram ſuſpecto judice litigare.* Sanchez. *2. conſ. morol. 6. c. 8. dub. 3. n.5.*

30. Perhorreſcentiæ etiam juramentum indiſtinctè præterea admittit Decius *ad c. interpoſita. §. eidem quoque. x de appellat. n.2.* & tanquam jus certum, id ex tribus memoratis cauſis fieri poſſe, proponit Seraph. de Seraphinis *d. priv. 7. n.28. & per tot.* uti etiam conſultus reſpondit Petr. Paul. Pariſius *3. conſil. 98. n.1. & 2.* quare etiam remedium juris communis audit. *c.2. n.30. & 31.* Adr. Neguzant. *reſponſ. q. 148. n.15.* Barboſa *ad d. l. un. n.22.*

CAPUT XIII.

Commemorantur loci in quibus hodiè juramentum perhorreſcentiæ eſt in viridi obſervatione. Auctoris de hac re non alia ſententia quam Azonis. Vulteſus notatur.

1. DE origine plus ſatis; de uſu hujus ſacramenti hodierno porrò agamus. Id autem cuſtodiri in ſupremo dicaſterio Romano apparet ex deciſ. rotæ Rom. *tit. de reſcript. deciſ. 3. aliàs*

42. *in antiq.* Bellamer. *d. deciſ.* 45. Felin. *ad d. c.* 4. *n.* 13. Achille de Graſſis *deciſ.* 2. *tit. de jurejur.* & *die* 6. *Martii* 1542. & 9. *Maji* 1547. id decretum fuiſſe teſtatur Jacob Puteus 1. *deciſ.* 279. *pr.* & 3. *deciſ.* 34 *pr.*

2. Docemur in aliis quoque locis id obſervari legibuſque confirmatum & rebus judicatis, uti videre datur apud Vinc. de Franchis, id de jure regni Neapolitani teſtantem *d. deciſ.* 257. *n.* 2. Id & de Siciliâ facit Garſ. Maſtrilli *d. deciſ.* 127. *n.* 1.

3. In Hiſpaniâ id certo jure etiam nititur, *Nova recopil. lib.* 3. *tit.* 3. *l.* 8. *ibique* Azevedo *in not. n.* 1. *in fi.* Carleval *d. tit.* 1. *de judic. diſp.* 2. *n.* 629. & nominatim de Arragoniâ teſtes ſunt Molina *verb. perhorreſcentia. foro* 1. *de commiſſ. & reſcript.* §. *item que como.* Portoles *verb. evocatio. n.* 24. In quo regno *die* 13. *Iulii* 1584. 10. *Auguſti.* 1595. 13. *Octob.* 1597. 15. *Ian.* 1567. 4. *Iulii.* 1608. 13. *Decembr.* 1595. ex cauſâ perhorreſcentiæ litium evocationem fuiſſe factam cernere datur apud Joſeph. à Seſſe *d. deciſ.* 117. *n. ult.* Qui ex auctoribus proximè memoratis refert centum & plures caſus ibi contigiſſe & re ipſâ obſervatos fuiſſe. *d. dec. n.* 26.

4. Quod ad Germaniam adtinet id certiſſimum eſt. Nam in ejus ſummo tribunali, quod Spiræ Nemetum eſt, hoc obſervari ſcribit ejus olim adſeſſor Joach. Mynſinger. 3. *obſervat.* 58. & Roſenthal. *d concl.* 4. *n.* 63. ubi ſic ait, *idem uſus prædicta Camera quotidiè ſervat:*

5. Sic hoc juramentum perhorreſcentiæ ibi præſtitum fuiſſe in cauſâ S. contra H. memorat Caſp. Guil. Scipio *lib.* 3. *deciſ. rota Spir.* 213.

6. Uſus ejus etiam apparet ex lite quæ hoc quoque ſeculum exercuit & non intra caliditatem fori tantum ſtetit ſed & manu geri cœpta, eam intelligo quam propter Hildeſiam habuit Brunovicius Princeps. Cum enim *anno* 1620. per ejus adverſarios Romam eſſet rejecta, in comitiis Wormatienſibus *ſequente anno* 1621. graviter id tulerunt Imperii Ordines id etiam allegantes rem Romæ vel ideò non debuiſſe tractari, antequam ab illis qui ad

Papam

Papam provocaverant, ſacramentum perhorreſcentiæ præſtitum eſſet, uti *ex MSS. ſchedis Thomæ Merckelbachi Cameræ olim adſeſſoris* mihi retulit Nobiliſſimus D. Zacharias Zöbbeken JC. & Lib. reip. Tremon. conſul magnificus, adfinitatis veneratione mihi colendus.

7. Scio etiam id eveniſſe jam olim ſœpius. Nam ut de reliquis ſileam, facultas hujus ſacramenti data fuit Annæ Mautinn *contra* Senatum Andernacenſem 12. *Decembr.* 1629. nec non Hepp *contra* Würtzburg. 4. *Octobr.* 1630.

8. Ita ut ex Imperii provinciis appellatio *per ſaltum* ut loquuntur, fieri poſſit & Principum aliorumque Ordinum provincialia dicaſteria vernaculè Regierung & Hoffgerichte declinari queant, uti *in cauſâ* Gercken *contra* Seels Erben quoque contigit. 5. *Iunii* 1648.

9. Eodem anno die 11. *Febr.* rejectâ contradictione ampliſſimi magiſtratus Lib. Imperii civitatis H. in cauſâ *Budiers* contra Schmidt fuit pronuntiatum, iſt kläger zu dem ahm 13. *Septembr.* jungſt anerbottenem *juramento perhorreſcentiæ* hiemit gelaſſen:

10. Actor idem *Budiers* in cauſâ ſeu lite quæ ei erat cum Theodoro Dobben ad hoc jusjurandum perhorreſcentiæ admiſſus fuit. 7. *Iulii* 1657.

11. Scribit prætereà Annotator *ad Roding. d. tit.* 15. *n.* 12. *Sic in cauſis mandatorum de ſolvendo reſiduo, partes, cum ad magiſtratum, qui in eodem luto* wegen der *reduction* des leichten geldes *ſœpius hærebat, juſtitiam ſperare non poterant ſæpè in Camerâ ſunt admiſſæ & mandata contra mediatos decreta, juriſdictione ex hoc capite ſuſpicionis fundatâ. Ita factum in cauſâ* A. *contra* S. & F. *contra* S. Vormunder *& cauſis aliis quam plurimis.*

12. Exſtat & præjudicium in cauſâ adhuc in Camerâ Spirenſi pendente inter Hr. Droſten zum H. contra F. M. Regierung / quod contigit anno hujus ſeculi 1661.

13. Et ne longius ad præterita recurramus tempora, hoc jusjurandum noviſſimo anno, bis quod ego ſcio decretum fuit.

Primum

Primum evenit in cauſâ Hr. W. contra C. Hr. *advocatum fiſci*, in quâ Camerâ pronuntiavit, Seind die gebettene *appellations proceſſ* auf erſtatteten ayd *perborreſcentiæ* erkent und beyden theilen *pro termino legali* zeit 3. monat ahngeſetzet / *in conſilio. 3. Martii 1668.*

14. Similiter in cauſâ Frawen von M. zu S. contra Fr. von N. Wittibe von den B. zur H. lata fuit ſententia his verbis; Iſt *ſupplicant* zu dem begehrtem *juramento perborreſcentiæ* auß vorbrachten uhrſachen gelaßen und darauf das *mandatum de non offendendo ſine*, das ubrige *cum clauſulâ* erkent / *in conſilio* 10. *Iunii.* 1668. Id eſt; *Supplicans ad petitum juramentum perborreſcentiæ ex allegatis cauſis admiſſus eſt, ideoque mandatum de non offendendo ſine, aliud cum clauſulâ decretum.*

15. Mirum nemini videbitur Principum Germaniæ potentiſſimorum etiamque aliorum ejus ordinum tribunalia ſumma tàm eâ quæ veniunt appellatione *regiminis*, uti in caſibus enarratis *hoc cap. n.* 12. *&* 13. quàm illa quæ dicaſteria audiunt, hac ratione declinari, cum id quod longè gravius eſt ſcribat eaque integra ut ſuſpecta recuſari poſſe tradat Vultejus *de judic. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 206.

16. Sed fortè libera juſtô ipſi fuit lingua! Nam de recuſatione nil dicam, quæ cum contumeliâ ſemper eſt conjuncta, ſi eum qui recuſatur ſpectemus, *c.* 3. *n.* 2. 3. *&* 4. Azevedo *conſ.* 26. *n.* 57. quod non ita ſe habet in noſtro negotio uti dixi *c.* 3. *n.* 1.

17. Neque novum aut commentitium apparebit niſi novo juris ſtudioſo, nam & Azo *ad l.* 14. *C. de judic. n.* 1. annotavit, *recuſari poteſt propter ſuſpicionem ſolam nullâ cauſâ probationis exquiſitâ, quidam contrà. Sed hic non appello ſuſpectum ſed quod puto vel ſuſpicor eſſe ſuſpectum, non ergò debet allegari vel probari, uti hic dicitur:*

18. Nam jus noſtrum ſæpè id quod una manu auffert, alterâ largitur, *dixi de promot. abſcnt. c.* 4. *n.* 27. *&* 28. *arg. l.* 77. *junct. l.* 195. *ff. de R. I.* & innumerabilibus locis probatur, ea quæ vetita proferri, tamen verbis in factum temperari poſſe. *l.* 11. *§.* 1. *ff. de dolo malo.*

CAPUT XIV.

DISPUTATIO IV.

Reſp. Chriſtoph. Goclenio, *Caſſel. Haſſo.*

CAPUT XIV.

Uſus hujus juramenti etiam eſt in inferioribus Germaniæ judiciis. Hodie ab omni gravamine appellatio fieri poteſt.

1 IN provincialibus Germaniæ tribunalibus ſupremis hoc juramentum *perhorreſcentiæ* quoque probatur. Clivis ſæpius hoc decretum fuiſſe ei qui inferioris judicis perſonam perhorreſcebat optimè novi atque etiam olim id accidiſſe, à Nobiliſſimo JC. D.Joh. Huberti Conſil. Teclaburg. ſocero meo dilectiſſimo accepi, quæ exempla edere in conſultum videtur.

2. Unum dabo quod memorabile eſt & recens, quodque *die* 6. *Septembr.* 1667. contigit in cauſâ A. K. *contra* J. J. von F. Verba ejus hæc ſunt, Wurde K. das *offerirts juramentum perhorreſcentiæ* gegen den *Magiſtrat* zu S. leiſten: zu welchem ende *commiſſion* auf den Richter zu S. ertheilt wird und procurator provocantis ſolche *commiſſions* verrichtung *ad proximam* beybringen; das alßdan procurator rei auf *ex adverſo* ahm 19 *April.* jungſt ubergegebene *gravamina ad ſecundam* der eingewandten einrede ungehindert *ſub pœnâ confeſſatorum* antworten ſolle:

3. Id latinè verſum ſic habet; *Si K. id à ſe oblatum juramentum perhorreſcentiæ contra Magiſtratum S præſtiterit: ad quem finem mandatum Iudici S. datur,* & procurator provocantis *ejus expeditionem ad proximam probaverit; tunc* procurator rei *ad gravamina nuper die* 19. *April. ex adverſo exhibita ad ſecundam non obſtante allegatâ contradictione ſub pœnâ confeſſatorum reſpond b t:*

4. Provinciæ Juliæ atque Montanæ ſummum dicaſterium quod Duſſeldorpii eſt; admittit hoc jusjurandum tanquàm juris communis auxilium, uti intellexi ex epiſtolâ ab ampliſſimo quodam ejus adſeſſore *menſe octob. anni tranſacti* 1668. ad aliquem ex meis neceſſariis ſcriptâ, qui addebat ideò exempla eâ de re promere haut neceſſe eſſe;

5. Licet non frequenter id ibi contingat ſed litigantes ad id vigilare ſoleant ut à primo gravamine ſtatim appellent, quod ibi lege fori etiam permiſſum. *Edict. Sereniſſ. Princip. Neoburg.* 14. *Novemb.* 1667. *Duſſeldorpii.*

6. Quod eſt contra ſanctionem concilii Tridentini *ſeſſ.* 24. *de reformat. c.* 20. Gudelin. *de jure noviſſ. lib.* 4. *c.* 14. *verſ. in his.* Zoeſ. *ad tit. ff. de apellat. recip. n.* 2. Perez. *C. de appellat. n.* 19. etiam hic atque alibi improbatam, *Oldampſt. Landr. lib.* 1. *art.* 109. Sande 1. *deciſ. Friſ. tit.* 13. *def.* 1. Carpzov. *proceſſ. jur. tit.* 18. *art.* 2. *n.* 9. neque in praxi receptam. Vultej. *de judic. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 102.

7. Friſiæ Orientalis quoque inſtitutum eſſe ut ejerationes admittat, perbellè perſpexi ex citatione quam ejus ſummum dicaſterium quod Auricæ eſt, *die* 2. *Aug.* 1662. decrevit in cauſa Juncker J. F. P. *contra* G. B. Cujus verba huc ſpectantia hæc ſunt, wie dan auch offtahngeregter *ſupplicant* daruber in allem fal bey vnſerm hoffgerichte in perſohn ein gewöhnliches *juramentum perhorreſcentiæ* zu leiſten uhrbietig/ welchem nach dieß falß vielgem. unſers hoffgerichtes *juriſdictio* ſo wohl *in qualitate* alß *quantitate notoriè fundiret*:

8. Id eſt; *Quemadmodum etiam ſæpè memoratus ſupplicans ſuper eâ re in omnem eventum apud noſtrum aulicum dicaſterium in perſonâ conſuetum juramentum perhorreſcentiæ præſtare paratus, quare eatenus ſæpè dicti noſtri aulici dicaſterii juriſdictio tàm in qualitate quàm quantitate notoriè fundata eſt*:

9. Non autem ſolum in provincialibus Germaniæ tribunalibus, ſed & in inferioribus judiciis huic ſacramento locus eſt. Sic cum quis à judice H. in provinciâ Marcanâ provocaſſet ad tribunal Hammonenſe, unde deinde appellatur ad ſummum dicaſterium quod Clivis eſt, ſecundus iſte judex experiundi juris copiam etiam ex cauſâ horroris dedit *in cauſâ Viduæ* R. *contra* J. M. verbis, in mit erwegung die *appellantin* das *juramentum perhorreſcentiæ* da zu handelen / zu *præſtiren* bey den *articulis gravatorialibus* albereit ſich erbotten hatt / bey vermeidung einer *pæn* von 25. goltg. hiemit

wieder=

wiederumb inhibiret ſein ſolle. *Public.* Hamme 11. *Martii* 1665. Quod eſt; *ratione quoque habitâ ad id quod appellans vidua juramentum perhorreſcentiæ ibi judicio contendendi, præſtare in articulis gravat.rialibus modò ſeſe obtulit, ſub evitatione pœnæ* 25. *flor. aur. hoc ipſo iterum inhibitum eſto:*

CAPUT XV.

Quatuor ex cauſis accidit ut alibi huic ſacramento locus non *ſit. Diſputatur de jure* Belgii, *& diſquiritur de vi & poteſtate quam* LL. Romanæ *ibi habent atque* Pontificii *canones. In eo* adoptio *non tribuit jus ſuccedendi.*

1 SUbjicere nunc lubet loca, in quibus hujus juramenti nullus eſt uſus. Primò autem id accidit quia nulla neceſſitas eſt cur ad hoc confugiant litigantes veluti in provinciâ Monaſterienſi; quia ibi tàm hoffricter quàm Officialis judices ſunt ordinarii Munſter. hoffgerichts Ordn. *part.* 2. *tit.* 2. *pr. & Reform. jud. eccleſ. p.* 1. *tit.* 1. *§. in reliquis:*

2. Quare inferiores judices ſine ejeratione & etiam à non perhorreſcentibus præteriri, omneſque ejus provinciæ incolæ & cives ſtatim ad ſumma provincialia dicaſteria proſilire queunt, uti ex ore D. Adſeſſoris B. & ſenioris actuarii S. aliquis ad Tremonienſem amicum ſcripſit Monaſterio *die* 10. *Aug.* 1668.

3. Contingit hoc ſecundò quod lege fori expreſsâ abrogatum ſit perhorreſcentiæ juramentum, quod de Saxoniâ ſcribit Berlich. 1. *concl. pract.* 50. *n.* 76. Quanquàm facilè crederem quod caſum denegatæ vel protractæ juſtitiæ cum hoc ſacramento miſcuerit, nam allegat Gailium, atque ideò huc repete dicta *c.* 4. *n ult.*

4. Evenit id tertiò, quia aliquandò judicatum cum hoc ſacramento non poſſe rejici judicem, uti de ſupremo dicaſterio Viſmarienſi teſtatur Mevius 2. *deciſ.* 154. *n.* 11. Cui allegabo (1) id quod tradidi, *c.* 4. *n.* 41. Deinde ſcias (2) in re ab eo propoſitâ

principalem fuiſſe quærelam de protractâ vel negatâ juſtitiâ, quæ ab hoc negotio toto cœlo differt. *c.* 2. *n.* 18. *& c.* 4. *n.* 27.

5. Illud etiam (3) memineris, quod non exemplis ſed legibus probatio fieri debeat, *l.* 13. *C. de ſent. & interlocut. omn. jud.* quodque ſententiæ à ſupremis etiam tribunalibus latæ non in commune præjudicent, ſed legem tantum ponant iis negotiis, ſuper quibus proferuntur. *arg. l.* 2. *&* 3. *C. de LL.* Vivius *deciſ.* 401. *n.* 24. Chriſtinæ. 1. *deciſ. Belg.* 1. *n.* 9. Jacob. Coren. *obſerv.* 30. *in not. n.* 4.

6. Minima enim circumſtantia variat jus. *arg. l.* 11. *ff. de pœn.* Ut non niſi cum periculo juſtitiæ ſummo tàm à peritis quàm imperitis ejuſmodi præjudicata pro legibus accipiantur judice Ern. Cothman. 4. *reſp.* 4. *n.* 99. Quapropter prudentiſſimè cavetur *in Landrecht van Drenthe lib.* 3. *art.* 56. ſonder te volgen voorgaende oordeelen ofte gelijckeniſſen / *ut non ſequi oporteat res ante judicatas vel exempla aut ſimilitudines*:

7. Quartò hoc fit, quia retrò eo ſacramento judices per litigantes non ſunt declinati, uti in Galliis & Belgio. Nam nequidem apud utriuſque gentis ſcriptores, quorum tamen multa egregia activæ juriſprudentiæ exſtant monumenta, aliquid de hoc jurejurando invenire potui, quanquàm labore multo ea perlegerim. Adeò ut iſtud Juliani *in l.* 32. *in fi. ff. de LL.* hic locum capere videatur; *rectiſſimè etiam illud receptum eſt, ut leges non ſolum ſuffragio legiſlatoris ſed etiam tacito conſenſu omnium per deſuetudinem abrogentur*:

8. Cui tamen quid iterum allegari poteſt, exercitii gratiâ ſubjiciam. Dicat quis quod legum auctoritas nequaquam evileſcat tempore aut non uſu imperitorum, qui etiam ex iſtius juris ignorantiâ ſœpè proficiſcitur, ſed uſu contrario, de quo *d. l.* 32. intelligi debet. Donell. 1. *comment.* 12. Vinnius 1. *Iuriſpr.* 3. *in lit. y* Bachov. *ad* πρῶτα *in d. l.* 32. *n.* 1. Farinac. 1. *conſ.* 30. *n.* 108. Jacob. Schultes. 2. *QQ.* 69. *n.* 66.

9. Quamvis enim actiones, ſervitutes aliaque jura privatorum hac ratione pereant; non tamen jus publicum. *l.* 2. *C. de diverſ.*

verſ. reſcript. Donell. *d. l.* Roſenthal. *de feud. cap.* 12. *concl.* 3. *n.* 17. Tabor *de altero tanto. p.* 4. *artic.* 7. *n.* 11. Licet per mille annos eo populus non uteretur. Jaſon *ad d. l.* 32. *n.* 33. Reinking. *de R. S. & E. lib.* 2. *claſſ.* 2. *cap.* 9. *n.* 22. Eſt enim allegatio juris publici res meræ facultatis. Jaſon. *in l.* 3. *ff. de conſt. Princ. n.* 56.

10. Minus exiſtimandum eſt hoc perhorreſcentiæ juramentum ſublatum eſſe, ubi id eſt infrequens, aliud enim nos docet JC. in *l.* 1. *§.* 2 *ff. de migrando. l.* 2. *ff. ex quib. cauſ. major. l.* 1. *§.* 1. *ff. de interrog. in jure fac.* Unde non aliter quis dixerit id abrogatum eſſe quam uſu contrario, qui fiat (1) ſciente & connivente Principe vel eo iiſve qui reip. præſunt. *arg. d. l.* 32. *§.* 1. *verſ. nam quid intereſt*: Si enim iis ignorantibus id agatur non conſuetudo ſed uſurpatio ea faciendi libido appellabitur, nec erit prohibendus legitimo jure & hoc ex eo deſcendente ſacramento uti, qui illud imploraverit. *arg. l.* 13. *§. fi. ff. de injur. ibi. uſurpatum tamen & hoc eſt; tametſi nullo jure, quare ſi quis prohibeatur, adhuc injuriarum agi poteſt*:

11. Uſum iſtum contrarium (2) non tantum allegandum ſed liquidò quoque probandum; Mynſing. 2. *reſp.* 13. *n.* 13. Reinking. *d. cap.* 9. *n.* 19. Carpzov. *in aſylo debitor. c.* 1. *n.* 236. *& ſeq.* & (3) ſententiâ Principis vel Ordinum debere eſſe confirmatum, ſi fas ſit credere Alexand. ab Imolâ. 1. *conſil.* 132. *n.* 4. Bocero *de ſucceſſ. feudi. cap.* 3. *q.* 48. Tabori. *d. art. n.* 14.

12. Videndum quoque (4) an non contra rationem introductus ſit? *l.* 39. *ff de LL.* Quis verò negaverit rationi eſſe conſentaneum, ut rejicias illum judicem quem perhorreſcis ex cauſâ quam allegare non audes vel probare non potes? Cum auctoritate alibi judicatarum rerum, gentium nationumque inſtitutis id receptum ſit, ad conſequentiam trahi poteſt Heſiodi dictum, quod adduxi *in tract. de jurej. in alt. anim. c.* 5. *n.* 22.

Non etenim penitus vana eſt ſententia, multi
Quam populi celebrant:

13. Rejectio judicum quodammodò naturalis eſt. *c. quod ſuſpe-*

ſti. 3. *q.* 5. atque æqua & favorabilis, Mevius 1. *deciſ.* 51. *n.* 2. benignius ergò rem eam interpretemur ut voluntas ejuſque vis conſervetur, *arg. l.* 18. *ff. de LL.* & ideò hoc juramentum quà patet orbis litigantibus permittamus. *arg. §. pen. I. de I. N. G. & C.* Franc. Marci. *deciſ. Delphin.* 895. *n.* 1.

14. Quoties enim ii, à quibus malum metuimus & ſuſpicamur, aliquid egerunt, ex quo nobis manifeſtum factum pravæ eorum mentis indicium, tunc illi innocentes eſſe deſinunt, & ceſſat obligatio; quare eos declinare & ad ſuperiorem magiſtratum provocare jure naturali licet, uti in re ſimili diſſerit Robert. Scharrok. *de offic. ſecund. jus nat. c.* 3. *n.* 12.

15. Et an non mera ratio ſuadet id ſequi, quod populus Romanus obſervavit cum moribus antiquis viriſque ejus res ſtaret, & merâ gauderet libertate? *arg. §.* 10. *I. de I. N. G. & C. pr. I. de her. inſt. verſ. Quod non.* Tunc autem hoc negotium frequenter exercitum fuiſſe loco ſuperiore docui *c.* 12. *n.* 1. *& ſeq.* etiamque docet Giphan. *ad d. l.* 16. *C. de judic.*

16. Sed & ipſorum judicum, ſi in liberâ rep. vivant, intereſt, ut ſe patiantur ejerari non inviti. Nam quis eſt qui neſciat *in civitate liberâ linguam mentemque liberas eſſe?* Sueton. *Tiber. cap.* 28. Quare ſi jus dixerint cum alii eos perhorreſcerent, vereri debent ne ipſi & poſt fata eorum liberi non modò à muneribus arceantur ſed & ſuſurros iſtos ſemper vibrantes ſentiant, quaſi iniquè in litibus cognoſcendis verſati fuiſſent. Vel ſolum autem famæ decus omnibus bonis præferendum. Marq. Freher. *de gloriâ. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 5. Flamin. Paris *de reſign. benefic. lib.* 5. *q.* 3. *n.* 92.

17. Hoc ſacramentum perhorreſcentiæ originem habet ex jure civili, protractum in claram lucem à jure Canonico; atque ideò cunctas gentes quæ utrumque iſtud jus receperunt illud probare oportet. Ant. Monach. *deciſ.* 55. *n.* 11. Simon Vaz Barboſa *princip. jur. lit. A. n.* 92. Evidentiſſimè verò conſtat quod Belgæ omnes jus Romanum amplexi ſint. Paul. Chriſtinæ. 1. *deciſ. Belg.* 343. *n.* 2. *& ſeq.* Merula *prax. civ. lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 1. *n.* 5.

Groene-

Groenewegen. *ad proœm. Inſtitut. n.* 3. Joan. ab Heemskerck *Batav. Arcad. p.* 734 *& ſeq.* Thom. Herbaj. *rer. quotid. c* 13. *§.* 6.

18. De hac provinciâ Groninganâ & Omlandicâ idem omninò adfirmandum cum Belgicæ pars ſit, & inter omnes conſtet tàm judices in diſceptandis cauſis atque advocatos in poſtulando nec non JCtos in reſpondendo quotidiè ad jus Romanum, ſi caſus jure provinciali vel moribus non ſit deciſus, recurrere. Quid quod ipſi illuſtres & præpotentes DD. Ordines non obſcurè id velint, quando jubent ut ſi iis contrarium non ſit diſpoſitum, judicetur **na den beſten rechten / reden ende billickheit.** *Ius Omland. lib.* 1. *art.* 9. *lib.* 2. *art.* 73. *lib.* 5. *art.* 51. *& lib.* 7. *art.* 54. Inficias autem ire nemo mortalium auſit jus Romanum eſſe jus optimum, & optimâ ratione atque æquitate fundatum, niſi ipſe ſe rationis incapàcem prodere velit. Vide Arthur. Duck. *de auctor. jur. civ. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 5 *& ſeq.* Nicol. Thuldæn. *in præfat. ad Damhoud. prax. civ.*

19. Audiamus ex tot tantiſque auctoribus duos, unum Gallum, alterum Belgam vernaculâ ſuâ linguâ de hoc jure diſſerentem. Is erit Guy Coquille *QQ. & reſponſ. du droit.* 1. ubi inquit, *Auſſi nous n'alleguons les loix des Romains ſi non pour la raiſon, qui y eſt, entant que la nation des Romains brave, genereuſe, amatrice de la ſocietè humaine de grand ſens & jugement à conſtituè certaines loix propres pour la conſervation d'icelle ſocietè humaine: & quand nos loix particulieres nous defaillent, nous avons recours aux Romains, non pas pour nous obliger preciſement, mais parce que nous cognoiſſons, qu'elles ſont accompagnées* imò *fondées en toute raiſon:*

20. Alter ſit Joan. ab Heemskerck *d. libr. p.* 733. **Doch alſo/** ait, **de Roomſche Wetten by verſtandighe luyden bevonden wierden wijsheits ende billickheits vol te zijn / ſoo zijn deſelve eerſt als voorbeelden van wijsheit en billicheit / ende metter tijdt door gewoonte als wetten aengenomen:** Noli ergò ambigere quin in juris provincialis memoratis locis atque etiam jure Drenthiæ *lib.* 3. *art.* 56. ubi dicitur; **ofte eenige ſaecken mucħten voor-**

ten voorvallen / die in deſen rechte niet beſchreven ſtaen / dit ſalmen berichten na den beſten rechte / reden en billickheit: intelligi debeat jus civile Romanorum, quod neque in totum à jure naturali aut gentium recedit, nec per omnia ei ſervit. *l. 6. ff. de I. & I.*

22. Ridiculus ille ſanè erit, qui allegaverit Belgas Romanum non agnoſcere imperium; nam juris ejus obſervatio ſubjectionem minimè arguit. Paul. Buſius *ad d. l. 32. ff. de LL. n.* 14. Duck. *d. c. 2. n. 6.* Bachov. *ad d. l. 32. n. 2.* Neque in Belgii ditionibus ex auctoritate ſed quatenus rationabile ſervatur. Elb. Leoninus 5. *emendat.* 3. *n.* 14. *in fi.*

23. Et cur Belgæ fœderati non contra ſe & inter ſe valere paterentur hoc jus quod in aliorum perſonis æquum eſſe ſtatuerunt? *arg. l.* 1 *& t. t. ff. quod quiſque jur. in alt.* Nam *in hoc denique prædicanda eſt Batavorum gloria qui fortitudine & conſtantiâ ſuâ leges Romanas ad remotiſſimas orbis terrarum partes in Aſiâ, Africâ & Americâ propagarunt*; ſcribit Duck. *d. tract. c.* 5. *n.* 42. *in fi.* Accedit quod aliàs Donellus aliquis diceret, ut videant an eo teneantur jure, cum omnes jure naturæ & gentium obligentur. 1. *comment.* 16. Duck. *d. tract. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 5. *& ſeq.*

24. Jus etiam Canonicum omnes Principes, gentes nationeſque Chriſtiani nominis abſque religionis diſcrimine admiſerunt & retinent: in ſolis Judæis diſpar eſt ratio. Duck. *d. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 18. De Belgio audiamus iterum Nobiliſſ. Joan. ab Heemskerck *d. p.* 733. loquentem his verbis; Gelijck oock daer nae gebeurt is / dat eenige ſaecken in meerder billickheit zijnde overleyt / by een groot deel der Chriſtenheit yet naerders aengenomen / en ſeer oneygentlick bekomen hebbende de naem van Geeſteliche ofte Pauſelicke Rechten / oock in deſe Landen kracht van Wet heeft bekomen:

25. Eo enim ſublato non haberemus juſtam in cauſis forenſibus procedendi formam; Duck. *d. c.* 7. *n.* 19. nam optimus judiciorum ordo, quem Belgæ maximâ cum laude æmulantur, jure Ponti-

Pontificio continetur, uti tradit Cl. Schotan. *exam. jurid. rubr. de jure Canon. q. ult. p.* 7. Ergò & id ſequendum quando de hoc ſacramento quæſtio eſt, quia id ad judiciorum ordinem pertinet. Creſpi Valdaura 1. *obſ.* 9. *q.* 2. *n.* 7. *&* 11.

26. Et quanquàm in hac provinciâ non adeò faciles ſint in rejiciendis judicibus, quia quis tantum. prohibetur judex eſſe in cauſis cognatorum tertii gradus. *Ius Omland. lib.* 1. *art.* 27.

27. Patrueles autem & ſobrini non vetantur ſibi jus dicere, uti judicatum à DD. Cameral. 10. *Martii* 1614. in cauſâ Redger Evert Janſſen en Willem Aiſſches; ex decreto conventus juridici, vulgò Warfs *reſolutie in octob.* 1604.

28. Iſtud etiam interdictum non pertinere ad comprivignos, quos hic Groningæ Half-broeders appellant, non à *vitulo* ſed à kalt / *frigidus*: poſtremâ literâ mutatâ, tractâ alluſione, uti definitum fuit 10. *Martii*. 1614. *in cauſâ* Harmen van Duirts *contra* Hopman Merde.

29. Hæc tamen de recuſatione judicis ſuſpecti, à quâ ejeratio tàm ex Azonis quàm aliorum & noſtrâ ſententiâ planè differt, capiendum eſſe ſecundum dicta *c.* 3. *n.* 9. *& ſeq.* fortè quis defenderit, & ideò ad hoc jusjurandum ea minimè pertinere, quia id etiam fundamentum habet in potentiâ adverſarii, *c.* 3. *n.* 1. *& c.* 8. *per. tot.* de quo cum jure provinciali nil definitum ſit, abſque calumniâ nos poſſe uti jure ſcripto tàm Canonico quàm civili. *arg.* 2. *F.* 1. *pr.*

30. An etiam judex in Belgio quiſquam ægrè feret, ſi hoc ei accidat, quod frequenter contingit potentiſſimis Germaniæ Principibus, qui ſive ſeculares ſint ſive eccleſiaſtici *c.* 13. *n.* 12. hoc ſacramento declinantur, quamvis in majeſtatis conſortium admiſſi. *c.* 10. *n.* 5.

31. Quæ omnia imò plura, pro uſu hujus juramenti perhorreſcentiæ tuendo, adferri quidem queunt, nec ea tamen ego in medium protuli, quaſi ipſis legibus ſapientior eſſe vellem, procul enim à me ſemper abeſſe jubeo id quod ex Platone in alterius

perſonâ notavi; *dedicat. differt. de promot. abſent. & tract. de jurej. in alt. anim.* ſed ut Principibus in rep. viris exiſtimandi majorem facerem copiam. Nam & anteà evenit ut diceret Legiſlator; *Legem antiquam poſitam quidem olim, uſu verò neſcimus quemadmodum non approbatam, per cauſas autem ſemper exquiſitas atque neceſſarias apparentem, rurſus revocare & ad remp. reducere, benè ſe habere putavimus:* Juſtinian. *in præfat. Novell.* 4.

32. Quod ſi tamen non fieret & è contrario litigantibus in Belgio ad hoc ſacramentum provocantibus contradicto judicio ejus negaretur copia, quod tamen nunquam adhuc contigit; nemo tamen ſive civis ſit ſive exterus putet iniquum ſibi jus dici. Cum enim in Belgicâ non tot inſtantiæ vulgò ſic dictæ vel provocandi gradus ſint & ultra tres rarò accidant, in Germaniâ autem antequam ad tribunal Spirenſe appellatio fiat, jam quater, uti exempla in Cliviâ ſunt atque in ejus provinciis aliis, diverſis ſub judicibus gradatim tractata eſt lis, hinc fit ut in Belgio non tàm facilè declinentur judices. *arg. l. un. C. Ne liceat in unâ oad. cauſ. ter. prov.* Vide Carpz. *de priv. Saxon. de non appell. c.* 4. *n.* 34. *& ſeq.*

33. Operæ quoquæ precium eſt ſcire quod tàm jus civile quàm Canonicum in Belgio non ex omni parte receptum ſit; Elb. Leonin. *d. n.* 14. *in fi.* Abrah. à Weſel *ad conſt. nov. Ultraject. art.* 10. *n.* 12. uti & ex uno Groenewegio intelligi poteſt, & in terminis adoptionis vel adrogationis, quod ea nimirum effectum in Belgicis provinciis non ſortiatur, qualis ei tributus jure Romano, reſpondi cum nobiliſſ. D Junio meo anteceſſore & nunc hujus reip. Senatore. *die* 13. *Ian. hujus anni* 1669.

CAPUT XVI.

Quinam ejerari nequeant? Belgii *jus publicum declaratur, atque de privilegio Sereniſſ.* Electorum *nec non vicinorum* Tencterorum *agitur.*

1 POſt uſum hujus jurisjurandi adſertum è loco eſt examinare quid obſervare debeat is qui eo uti cupit. Is autem ante omnia examinare debet an ab eo judice aut tribunali, quod per hoc

hoc ſacramentum rejicere geſtit, appellatio fieri poſſit, nam ubi hæc locum non habet, ibi non admittenda recuſatio, *c.* 12. *x. de appellat.* Sigiſm. Scaccia *de appellat. q.* 16. *limit.* 1. *n.* 7. *&* 8 Creſpi Valdaura *d. obſ.* 9. *q.* 6. *n.* 60. *&* 61. & ab appellatione ad recuſationem firmiſſimè argumentamur hac in re. Guttiretz. *lib.* 1. *pract. QQ.* 94. *n.* 4. Boër. *deciſ.* 269. *n.* 3. Giphan. *ad l.* 16. *C. de judic.* Morla *empor. jur. p.* 1. *tit.* 2. *q.* 11. *n.* 4.

2. Sequitur ergò ejerari non poſſe Imperatorem & Papam. Menoch. *conſ* 94. *n.* 12. Aufrer. *tract. de recuſat. n.* 6. Greven *ad Gail.* 1. *obſ.* 33. *n.* 5. Nam ab iis appellari nequit. *l.* 1. § 1. *ff. à quib. appell. non lic.* Scaccia *d. limit. n.* 1. *&* 2.

3. Quod pari ratione ideò extenditur ad Reges, Principes & reſp. eas, quibus competit majeſtas. Aufrer. *d. n.* 6. Pacian. *de probat. lib.* 2. *c.* 45. *n.* 94. Solorzan. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 10. *n.* 63. Iis enim jura imperii competunt. Matthæ de Afflictis *deciſ.* 120. *n.* 6. Tib. Decian. *lib.* 4. *de crimin. c.* 52. *n.* 1.

4. Majeſtatem verò ſingulis fœderati Belgii provinciis ineſſe nequidem Cardinalis Bentivoglio *de induc. Belg. lib.* 1. *& de provinc. unit. lib.* 1. *c.* 5. ignoravit, & doctum nobis ab Ant. Matthæi *de crimin. lib.* 48. *ff. tit.* 2. *c.* 5. *n.* 1. nec non Wiſſenbach. *ad tit. ff. ad L. Iul. maj. n.* 1.

5. Unde nemo unam ejerare atque ad Ordines generales provocare cauſamque rejicere Hagam poterit. *arg. l.* 4. *ff. de recept. arbitr.* Nam fœdere æquali coierunt in unam ſocietatem ſalvis cujuſque juribus & eà lege, ne vel ſingularum ordines vel cives extra ſuas provincias evocari queant. *Unio Ultraject.* 29. *Ian.* 1579. *art.* 1. onvermindert nochtans eenen yegelicke *provincie* ende die *particulier* ſteden/ leden en Ingeſetenen van dien haerluyder *ſpeciale* ende *particuliere privilegien*, vryheden / *exemptien*, rechten/ *ſtatuten*, loflicke ende wel hergebrachte *coſtuymen*, *uſantien*, ende allen anderen haerluyder gerechtigheden:

6. Non adverſatur quod ex univerſis provinciis recuperatores aliquandò conſtituti fuerint, vel ab unâ provinciâ alicui colle-

gio criminis cognitio ſit data. Nam id ad iſtud Gaji *in l.* 123. §. 1. *ff. de reg. jur.* referri debet; *Temporaria permutatio jus provinciæ non innovat.*

7. Quod fortiſſimum præbet argumentum etiam tunc ſi alicujus provinciæ ordo unus jure ſuo non ſit uſus, nec de capite ſui civis cognoſcere ſolus voluerit, ſed tam ex ſe quàm alio ordine recuperatores dederit; uti id non modo liberale ſed & fructuoſum ſœpè eſt, ſi credimus Ciceroni *de offic. lib.* 2. atque haut reluctante Themide fieri poteſt, *arg. c. in Archiepiſcopatu. x. de raptor.* Vid. Bachov. *ad πρῶτα. ff. tit. de juriſd. rubr. de imper. mero. n.* 4. poſteà tamen ideò non prohiberi poteſtate ſibi competente uti. *d. l.* 123. Jacob. Gothofred. *ibid. junct. h. c. n.* 5.

8. Neque his contrarium eſt, quod, ſi vel ſingulæ provinciæ inter ſe diſcordes vel unius ordines non benè conveniant, ad Ordines generales res rejiciatur, & ſi quando contingat cunctas inter ſe diſſentire vel litem habere, ejus rei ſit cognitio penes provinciarum Præſides: **de Heeren Stadthouders van de** *provincien*; uti eſt in *d. Unione Ultraj. art.* 9. *&* 16.

9. Nam ex ejuſmodi voluntario actu, minimè arguitur idem dicendum eſſe ſi alicujus provinciæ cives inter ſe judicio contendant; *arg. d. union. art.* 1. Et magis eſt ut audacter adſeramus inde colligi, eos cauſam ad DD. Ordines generales rejicere & ſuæ provinciæ ſupremum tribunal declinare non poſſe *arg. l.* 18. *ff. de teſtib.*

10. Dubitet quis an non tunc ſi peregrinus litem habeat cum provinciæ alicujus cive, ejus provinciæ dicaſterium vel ſupremam curiam declinare & rem Hagam rejicere poſſit? Colorem fortè quæret ex *d. union. art.* 17. *ibi.* **ſullen die voorſz.** *provincien*, **Steden ende leden van dien gehouden weſen / ſoo wel den Uytheemſchen als Ingeſetenen vande voorſz.** *provincien* **'t** *adminiſtreren* **goet recht ende** *juſtitie.* **Ende ſoo verre yemand van hen daer van in gebreken blijft / ſullen die andere Bontgenoten die hand holden by alle behoorlicke wegen en middelen dat ſulx gedaen ſal worden:**

11. Ego

11. Ego autem id nego & pernego. Quia inter omnes conſtat quod pacta ſint ſtrictiſſimæ interpretationis, maximè ſi per ea quis jus ſuum remittat. Cl. Göddæ. 1. *conſil. Marpurg*. 28. *n*. 127. *& ſeq*. Tum etiam ideò, quod id quod contra rationem juris ob publicam quietem conſervandam & excipiendum bellum placuit, *d. art*. 17. *ibi. occaſie* te geven te oorlogen: ad conſequentiam trahendum non eſt. *l*. 14. *ff. de LL*.

12. Quare cum iſte locus conceptis verbis de denegatâ & protractâ juſtitiâ loquatur, ende dat alle *abuſen*, daer door ſulx belet ende de *juſtitie* deur verachtert ſoude mogen worden / ge*corrig*eert ende ge*reform*eert ſullen worden: non ad recuſationem & ejerationem tanquam rem diverſam, *uti dixi c*. 2. *n*. 18. eum extendi oportet, vel etiam ex trito proverbio; ex diverſis malè infertur. *arg. l. fi. ff. de calumniat*. Vultej. 4. *conſ. Marpurg* 14. *n*. 73. Franc. Porcellin. *tract. de inventar. c*. 5. *n*. 43.

13. Præſertim cum ultima verba *d. art*. 17. ſic ſonent, als na rechten ende vermogens een yder ſijn *privilegien*, loflicke ende welhergebrachte *coſtuymen*: Hoc vero cujuſque provinciæ privilegium eſt ut à ſibi ſubjectis vel iis, qui coram ejus tribunali lites habent, recuſari non queat, nec ejus cives extra ſuam provinciam evocari poſſint, uti præfatus *h. c. n*. 6.

14. Quodque à denegatâ & protractâ juſtitiâ peſſimè argumentur ad recuſationem ita præfereà demonſtratur, quod licet à Sereniſſimis Electoribus Saxone & Brandenburgico nec hodiè appellari poſſit ad Cameram Spirenſem, Buxtorf. *ad Aur. Bull. th*. 94. *lit. e*. Treutl. 2. *diſp*. 33. *th*. 4. *e*. Carpzov. *de priv. Sax. de non appell c*. 1. *n*. 75. atque ideo recuſari & ejerari nequeant, ex regulâ traditâ *h. c*. 16. *n*. 1.

15. Eo tamen caſu ſi ab iis Principibus juſtitia ſit denegata vel protracta adiri poteſt Camera Spirenſis. *Aur. Bull. Caroli IV. tit*. 11. §. Do aber. Treutl. *d. diſp. th*. 6. *b*. Carpzov. *d. tract. c*. 6. *n*. 25. *& ſeq*. Beſold. *de appellat. c*. 2. *n*. 105. *& ſeq*.

16. Hoc tamen quod de potentiſſimo Principe Electore Bran-

denburgico dixi, capiendum eſt de Marchiâ Brandenburgicâ, nam in Cliviâ, Marcâ aliiſque provinciis ab eo provocatur ad dicaſterium Spirenſe, quodque in Boruſſiâ id non fiat, id non ut imperii IIX Vir habet, ſed juri majeſtatis ſibi à Poloniæ Rege ceſſo imputat merito jureque ſuo, quare nec ibi à quoquam hoc jurejurando declinari poteſt, propter rationem *h.c.n.1.& 15.*

17. Juvabit & id meminiſſe, quod ſi quærela ſit facta contra eos Principes à quibus non appellatur, Cameram Spirenſem non ilicò ſolere ad ſe trahere litis principalis cognitionem, ſed eam prius decernerere *promotoriales*, ut intra menſis ſpatium juſtitia adminiſtretur. *Ord. Cam. Spir. p.2. tit.28. §.2. junct. Ord. Cam. anni.*1500.*art.*13. Sic dicti à promovendo vulgò, quia promovent ideſt maturant retardatam juſtitiæ adminiſtrationem, uti ſcribit Jacob Blum *proc. Camer. tit.37.n.21.*

18. Hanc quoque ſententiam eſſe *d. art.17. Union. Ultraject.* & verbis by alle behoorlijcke wegen en middelen: nil aliud ſignificari firmiter mihi perſuaſum habeo. Quanquam in provinciis Belgicæ liberæ & fœderatæ, illud eò fortius locum capiat, quia nullius majeſtatem agnoſcunt & hoc tantum ſpontè voluerint, ut jure ſocietatis altera alteram monere eo caſu poſſit.

19. Jus quod ſingulis Belgii fœderati provinciis hâc in re adſerui, idem competere ſcias Drenthiæ. Licet enim ejus Ordines jam non videas tranſcriptos in cenſum eorum qui Hagæ Comitum de rep. decernunt, ad hos tamen ab illis lites rejici nequeunt, uti *in cauſâ Dr.* Nyekerck alſ Volmacht *contra* H. Droſt Boetſelaer. 25. *Maji.*1652. reſcripſerunt Celſiſſimi DD. Ordd. generall. *verbis;* dat het voorn: Landſchap *Drenthe notoiriè* heeft *privilegie de non evocando:*

20. Idem judicatum fuit *anno* 1658. pleniuſque ac planius cum repetitione priorum epiſtolarum hanc in rem editarum id confirmatum principio menſis *Octobr.* 1668. cujus verba heic inſerere nimis longum foret.

21. Quod autem dixi à Sereniſſ. D. Electore Brandenb. in Cli-

Cliviâ appellari poſſe, id officium ſuum perdit ſi judicio contendatur de re quæ non excedit 600. goltgulden ſive *ducatones argenteos*, hic enim ejus nummi valor eſt in eo loco, nam tunc non poteſt provocari ad tribunal Spirenſe. Licet enim Gylman. *ſymphorem. tom. 6. c. 4. p.* 115. deciſum memoret privilegio Ducum Juliæ non comprehendi comitatum Marcæ, id hodiè correctum, nam tàm ejus quàm Cliviæ illuſtres Ordines id ab Imperatore obtinuerunt *anno* 1654.

22. De poſſeſſione ſi lis tantum ſit, ex privâ lege Marcanis indultâ non appellatur ad præfatum ſupremum dicaſterium Spirenſe. Sed & ſi de momentaneâ agatur idem cuſtoditur in Friſiâ Orientali, non minus quàm ſi ibi quis litem habeat, quæ ſit infra 1000. *aureos Rhenanos*, vel alibi ubi in Germaniâ ſpeciale non reperitur privilegium ſumma ſit minor 400. *imperialibus thaleris*. R. A. zu Regenſpurg. 1654. §. 112.

23. Ex ratione ergò propoſitâ *h. c. n.* 1. iis in caſibus hoc juramentum non habebit locum ſed vel ab arbitris vel JCtis nulli parti addictis lis erit decidenda, ne mens privilegiorum circumveniatur. *arg. l* 29. *&* 30. *ff. de LL. junct. c.* 10. *n.* 7. Quorum etiam ratio habenda eoſque conſulere oportebit, ſi quis cum Sereniſſ. D. Electore Brandenb. de bonis contenderet & lis non ſuperaret ſummam 600. goltg. neque Spiræ quis cum hoc ſacramento perhorreſcentiæ recipiendus eſſet.

24. Ne aliàs Princeps Sereniſſ. commoditate primi judicii privaretur, uti elegantiſſimè docet Mevius 1. *deciſ.* 62. *n.* 4. *& ſeq.* Cum pactus ſit cum ſibi ſubjectis quod dicaſterio provinciali ſe ſiſtere velit & ſint à ſuâ Serenitate datæ octo conditiones, quibus contra eam agi poſſit, unam ex iis eligas. Clev. Marck. Landtags abſcheid. 1660. §. *in ſpecie. Ord. Cam. Spir. p.* 2. *tit.* 6. §. *fi.*

25. Intrepidè idem de cæteris Principibus eorumque civibus dicas. *arg. l.* 32. *pr. ff. ad L. Aquil.* Sed & ſi cauſa matrimonii ſit idem ſtatuas, nam ea Spiræ non diſceptatur. Blum. *d. tit.* 37. *n.* 30. Adi tamen Limnæum *de jure publ. lib.* 9. *c.* 2. *n.* 187. *& ſeq.* Ne-

que

que etiam criminalis. Gail. *de P.P. lib. 1. c. ult. n. 36.* Treutler. 2. *diſp.* 33. *th.* 3. K. Limnæ. *d. c.* 2. *n.* 168. Quare his in rebus hoc ſacramentum locum non reperit. *h. c. n.* 1.

26. Quod tamen exceptionem admittit ſi ob delictum civiliter actum ſit, licet Spiræ deinde criminalis pœnæ imponatur. *arg. l.* 15. *ff. de negot. geſt. l.* 8. *pr. ff. mandati. junct. l.* 3. *§.* 11. *ff. de pecul.* Mevius 1. *deciſ.* 181. *per tot.* Ubi *n.* 6. tunc appellationi locum dat, de ejeratione ergò idem dicendum. *arg. c. ſuper eo. x. de appellat.*

27. Cui & locus erit ſi ad *palinodiam* propter injuriam agatur, quia hæc res Spiram rejici poteſt. Thom. Metzger. *conſ. crim.* 5. *n.* 13. Mevius 3. *deciſ.* 33. *n.* 2. & 3. Ratio eſt quod non ſit criminalis, quia nec pœna corpori inrogatur nec mulcta in fiſcum infertur, ſed famæ, quæ vulgi opinione tantum læſa, reſtitutio quaſi fiat. Mynſing. 2. *obſ.* 68. Bronchorſt. 2. *miſcell.* 58. Hœnon. *diſp. I.* 18. *th.* 33. Paul. Berens. *diſp. I.* 14. *them.* 2. *q.* 3. Cl. Cyprian. Regn. *diſp. I.* 22. *th.* 18. Vinnius *ad §.* 10. *I. de injur. n.* 1. Perez. *C. eod. tit. n.* 22. Carpzov. *p.* 2. *prax. crim. q.* 94. *n.* 51. Et ita in cauſâ egregiarum perſonarum aliquandò obſervatum memini.

28. Etiamſi autem in criminalibus cauſis appellationes à ſummo Spirenſi dicaſterio non recipiantur, ea tamen mihi mens ſedet, ab inferioribus judiciis ad provincialia ſuprema tribunalia provocari poſſe motus ſeptem rationibus, quas adfert Juſtus Oldekop *tract. de appellat. in cauſ. crim. n.* 6. & *ſeq.* Quare illis inferioribus ejeratis criminis diſceptatio ad provinciæ Principem ejuſve tribunal ſupremum ex dictis *h. c. n.* 26. *in fi.* rejici poteſt. Ubi tamen Clivis non illud quod dicitur Hofgericht vel *Juſtitzraht* ſed id quod nomine Regierung venit, adiri debet. Clev: Marck. Landt. abſcheid. 1661. §. So ſol. Facere tamen nequeo cum Oldekop, quando *d. tract. n.* 121. & *tit.* 5 *obſ. crim.* 1. *n.* 30. & 31. ex cauſâ ſuſpicionis criminales cauſas Spiram rejici poſſe ſtatuit, obſtat enim ratio *h. c. n.* 1. & *n.* 23. *c.* 10. *n.* 7.

DISPUTATIO V.

Reſp. Joh. Eding, *Groningano.*

CAPUT XVII.

Objectiones & dubia removentur atque Principes ſummos ejerari non poſſe plenius evincitur.

1 VAldè ergò ſibi cavere debent ſubjecti, ne ad hoc *juramentum perhorreſcentiæ* proſiliant atque ejus mentionem faciant ad declinandos eos, à quibus provocare vel appellare nequeunt. Ne ſi hoc fecerint rei criminis læſæ majeſtatis vel imminuti ſummi imperii fiant, uti poſt Rebuffum tradit Petr. Gregorii Tholoſan. *de appellat. lib. 3. c. 7. n. 5.*

2. Diſputet quis contrà atque mihi objiciat, quod Reges Principeſque recuſari poſſint ut ſuſpecti, ſi lis eos tangat & de re eorum propriâ agatur, uti docet Maranta *d. tit. de appellat. n. 32. & ſeq.* Conſequitur ergò eos ejerari poſſe. *arg. l. 21. ff. de R. I.*

3. Pro ſecundo quod horror hic adeſſe poſſit tàm is qui trahitur à perſonâ adverſarii, quàm ille qui à judicantis perſonâ deſumitur aut judicii loco, atque ideò juramento perhorreſcentiæ locum eſſe debere. *arg. d. c. 11. §. cum vero. de reſcript. in 6.*

4. Papam enim horrificari poſſe, ſi fas ſit credere faſtis hebdomadalibus. Quodque ſubjecti ſæpè multas habere queant cauſas, cur vereantur litigare coram ſuis Principibus, quas magis ſilere quàm pluribus enarrare conveniat:

5. Pro quo facere videtur, quod hiſtoria moratiorum quoque gentium nos doceat, vitio ſequioris ſexus & viliſſimorum capitum, Principum animos irritatos fuiſſe contra innoxios & immerentes. Balzac. *Ariſtippe diſcours. 6.*

6. Allegaverit fortè hoc etiam, quod Reges & Principes hoc inſtitutum ſequi ſoleant, ut unum eligant, qui conſilio illis quaſi *pater* præſit uti ſcripſi plenius *in ſpicil. ad §. 4. I. quib. mod. ſolv. patr. pot. n. 6. & 7.* Adeò ut nec princeps nec cæteri ejus miniſtri audeant aliter ſentire quàm iſte, uti veritus non fuit ſcribere Franc. Mezeray *hiſt. de France dans la vie de François I. p. 418.*

 7. Reper-

7. Repertum autem fuiſſe ejuſmodi hominem, qui ſcribere non perhorreſcebat, *Ego & Rex meus:* Qui cum ideò accuſaretur, Rex confeſſus & ſe & Regem Galliæ à Wolſæo regi, uti ex Polydoro Virgilio narrat Iſac. Wake *libro cui tit. Rex Platon. pag.* 39.

8. Jam verò accidere poſſe, ut ejuſmodi homo qui *premier miniſtre d'Eſtat* ubique appellatur, tibi malè velit vel ex alia cauſa, quæ ejerationi locum faceret in judice inferiore, vel ea tantum quod æmulum te ſentiat; vel neceſſitudine tangas ejus adverſarios aut eorum familiaritati immixtum te eſſe noverit.

9. Ut dubitandum minimè videatur, Papam, Reges & alios Principes ejerari poſſe ſi ipſi cauſas cognoſcant. Quod monarchiæ Romanæ conditorem *adſiduè & in noctem nonnunquam* feciſſe, Suetonius teſtis eſt *Auguſto c.* 33. Alexandrum M. idem jàm anteà egiſſe inſtitutum auctor quoque eſt Seldenus *de I. N. & G. ad diſcipl. Ebræor. lib.* 8. *c.* 8. Sed & diligentiâ ſummâ Galliarum Regem Ludovicum XIV nuper publicè palàmque in Regiâ ſuâ lites cognoviſſe vel ex faſtis hebdomadalibus ſcimus. Quæ idem hac die id iterum narrant de hodierno Pontifice M. Clemente IX.

10. Hæc quanquàm ſpeciem magnam habere videantur, non tamen perhorreſco adſerere liberam juſtô linguam fuiſſe Marantæ. Nam diſputare de principali judicio ſacrilegii inſtar habetur. *l.* 3. *C. de crim. ſacril.*

11. Et ſi verum eſt parentis patronique famæ parcendum eſſe, quando de ſuſpecti crimine agitur? *§.* 2. *I. de ſuſpect. tut.* Quantò magis id faciendum erit, ſi de patre patriæ, cum ei plus debeamus, agatur? uti noſtrâ promptum depromere muſa. *arg. l.* 11. *§.* 1. *ff. de dolo malo. Actor. Apoſtol.* 23. 5.

12. Licet itaque dare debeam & prætermittere quod cauſæ eſſe queant, quas ſubjecti exprimere quoque non audeant & tamen tantæ ſint ut horrore earum cogitatione contremiſcant, non tamen ea propter ad hoc *juramentum perhorreſcentiæ* provocare poterunt. *arg. d. §.* 2. *de ſuſpect. tut.*

13. Sed

13. Sed ſi quas habent cauſas, cur malint lites non tractari coram ſuis Principibus vel magiſtratibus à quibus nulla eſt provocatio, tunc hoc à me accipiant *eurematicon*, ut omiſſa omni mentione horroris, petant ſupplices, ut ad Jure conſultos æqui bonique notitiam profitentes mutatis litigantium nominibus, acta curentur; quod juri naturali conveniens eſſe nec Principem ideò negare ſolere ſcribit Cl. Brunneman. *ad tit. C. ne quis in ſuâ cauſâ.* & auctoritatibus atque exemplo Friderici Imp. litem cum Lombardis habentis firmat Aug. Barboſa *ad d. tit. n.* 4.

14. Hujus rei ratio adſignatur à Petro Gregorii Tholoſ. *d. tract. de appellat. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 5. ubi tradit, *ſolent autem æqui Principes cauſas ſuas committere probis magiſtratibus vel perſonis electis judicandas, & ſe illorum judicio ſpontè ſubjicere, ne videantur tyrannicè velle imperare:*

15. Nec tamen ſi hoc non annuat Princeps, aliquis putet ſibi jus non reddi. Cum enim à Deo is tibi ſit datus magiſtratus ſummus, propter ordinem, cujus ſanctiſſimum numen & auctor & amator eſt, in eo acquieſcas & cogites quod nulla poteſtas ſit niſi à Deo. *Paul. ad Romanos* 13. 1. *& ſeq.*

16. Nam ne quidem magiſtratus inferiores ad id cogi, ſed ipſos ſententias dicere poſſe, multis placuit, veluti Berlichio *p.* 1. *concl. pract.* 59. *n.* 12. Speculatori Durando *lib.* 2. *partic.* 2. *rubr. de req. conſ n.* 1. *ibique* Joan. Andreæ *in annot.* & Zangero *ad c.* 16. *x de ſent. & re jud. n.* 94.

17. Huc facit, quod ſicuti ſterilitas aut nimii imbres & cætera naturæ mala æquo animo ferenda; ſi politicæ doctrinæ vatem audimus, 4. *hiſtor.* 74. ita & Principis quoque & cujuſcunque ſummi magiſtratus ſententiam obſervare. *arg. c. qui reſiſtit. c. Iulian.* 11. *q.* 3. *c. duo ſunt. diſt.* 96. Petr. Gregorii *d. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 9.

18. Si malè judicent Principes rerumque publicarum rectores ſummi, olim à ſanctiſſimo numine & omnis juſtitiæ fonte pœnas graviſſimas accipient & luent non ſecus ac Pontifices M. de quibus id ſcribit ſæpè memoratus Petr. Gregorii *d.*

 lib. 3.

lib. 3. *c.* 5. *n.* 4. *&* 1. Zypæus *lib.* 2. *de jure Pontif. tit. de appellat. n.* 16.

19. Seriò quoque cogitent cuncti, quod Principi & *ipſas Deus legas ſubjecit, legem animatam eum mittens hominibus*, uti ait Juſtinian. *in Nov* 105. *c.* 2. *in fi.* Qui etiam non temerè ſed magnâ cum prudentiâ rem definire ſolet, *l.* 8. *C. de L L.* neque conjici poteſt eum injuſtè agere. Petr. Anton. de Petra *de poteſt. Princip. c* 6 *n.* 39. Thom. Sanchez. *tom.* 2. *conſil. moral. lib.* 6. *c.* 8. *dub.* 3. *n.* 9.

20. Quæ cuncta tibi ad horroris remedium potius proficiant quàm iſtud, quod apud Hecatonem inveniſſe ſe ait Seneca *epiſt.* 5. *Deſines inquit timere ſi ſperare deſieris*: Quanquam id ad rem propoſitam transferat Balzac. *Ariſtippe diſcours.* 6. inquiens, *En ce mauvais monde, ou nous vivons, quand on nous fait juſtice, imaginons nous qu'on nous fait grace*: Hoc enim non tantum Stoicum ſed & φορτικὸν eſt!

21. Nec curandum quod ſpem videatur damnare idem Seneca 1. *de Irâ.* 8. *Quomodò? cum affectus repercuſſit affectum, aut metus aut cupiditas aliquid imperavit; non rationis tunc beneficio quievit ſed affectuum infidâ & malâ pace*:

22. Nam lubens fateor me hac in parte non eſſe Stoicum cum Lipſio *in not. ad d. c.* 8. & noſtro Cajo *in l.* 18. *pr. ff. de Ædil. ed.* ubi ait, *non exacta gravitas & conſtantia quaſi à philoſopho deſideretur*: Quod de *Stoico* intelligi debet, uti nobis doctum *tract de jure in re & ad rem c.* 1. *n.* 2. *& differt. de promot. abſent. c.* 1 *n.* 4. *lit. d.*

23. Idque ſatis quilibet advertet ex iis quæ hactenus tradidi. Nam licet huic juramento perhorreſcentiæ locum fore negaverim, tamen peti poſſe ut lis ab aliis decidatur dixi. Quod ut facilius impetrent litigantes cives, allegare poterunt ſe erudito ſacramento teſtari velle, ſe non calumniæ cauſâ id orare, ſed quia nullum iis ſalvum auxilium, cum tamen ab inferioribus provocare queant poſt ſententiam ideoque eorum aliam rationem videri nonnullis uti ſcripſi *h. c. n.* 16. Sic Principi honos atque ipſis fides ſarta tecta ſervabitur. *l. fi. C. ad L. Iul. repetund.*

24. Ne-

24. Neque etiam permittendum, ut cum Principem ipſum declinare nequeas in ejus miniſtrum invidiæ cudas fabam. Neque enim ſumma ejus dignitas ei ad invidiam nocere debet. *l.6.C. de his quæ vi aut met. cauſ.* Cui magis quàm inferioris ordinis mortales, expoſitus ſemper eſt. Conte Galeazzo Gualdo *hiſt. univ. lib. 12. p. 789. Cardinal di Richelieu, miniſtro fideliſſimo della Corona, e per eſſer tale, molto invidiato & odioſo à quegli:*

CAPUT XVIII.

Hoc ſacramento rejici nequeunt Principum & Lib. rerump. ſuprema tribunalia. *Quid ſervari debeat ſi eorum adſeſſores ſinguli ſuſpecti? ediſſertatur.*

1 LOquamur porrò de ſupremis tribunalibus à quibus nulla eſt provocatio, veluti ſunt Rotæ, Camera, *Spiræ & Groningæ*, Reichſheffrath / Judicium Rotvilanum, Parlamenta, Conventus juridici, qui heic loci warven vocantur, rationem petas ex Beſoldo *theſ. pract. lit. W. n.* 14. item ſupremæ Curiæ, Hoogen-Raedt / Hoven van *Iuſtitie*, Cancellariæ, Etterſtorl: & ea in totum ejerari non poſſe conſtat ex traditis *c.* 15. *n* 1.

2. Namuti Archâd. Chariſius *in l. un. §. 1. ff. de off. præf. præt.* ſcribit; *credidit princeps, eos qui ob ſingularem induſtriam, exploratâ eorum fide & gravitate ad ejus officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicaturos eſſe pro ſapientiâ ac jure dignitatis ſuæ, quàm ipſe foret judicaturus*: quare hoc ſacramento nemo ſummum tribunal declinare & ad ipſum Principem vel Ordines rem rejicere poteſt. *arg. l. 1. §. 2. ff. à quib. appel. non lic. junct. c. 16. n. 1.*

3. De moribus Belgii id teſtatur poſt Chriſtinæum, Merulam, Damhoud. & Wielant Simon Groenewegen *de LL. abrog. ad l. 16. C. de iudic. n. 1.* temeritatiſque eum accuſandum qui ſupremum Spirenſe dicaſterium rejiceret docet Greven *ad Gail. 1. concl. 33. n. 6.* Sed cum rationes Merulæ etiam videantur convenire iis dicaſteriis à quibus provocatio datur, ego diſtinguendum putem inter illud ipſum tribunal ſummum & ejus adſeſſores.

4. Adſeſſores ſingulos ejerari poſſe, caret dubitatione. Sive enim ſpectes perſonam alicujus Senatoris, ſive conſideres adverſarium, pertimeſcere rei tuæ jacturam aliquandò juſtè potes. Nam vel hic potentior eſt, ut terrificet hunc vel illum adſeſſorem etiam ſummi tribunalis, vel reperis forſitan quid in uno vel altero ſenatore, quod te horrificat & tamen palam eum ſuſpectum arguere vel non audes vel nolis ex ratione adductâ *c.6. n.*38.

5. Cum verò hic vel ille ſenator tanquàm ſuſpectus recuſari queat, uti de Germaniâ teſtes Bernh. Greven. *d. l. n.* 7. & Beſold. *de proceſſ. judic. c.* 3. *n.* 3. & de hâc provinciâ notiſſimum; *Inſtruct. cam. Hovetman art.* 7. *in fi.* Quis amplius dubitabit illum hoc ſacramento rejici poſſe, ubi eo uti licet? *arg. c* 3. *n.* 19.

6. Idque maximè obtinebit ubi à nutu litigantium recuſationes judicum pendent, quod de ſupremo Caſtellæ Senatu ſcribunt Joan. Bapt. Larrea *alleg. fiſcal.* 118 *n.*4 & Creſpi de Valdaura *d. obſ.* 9 *q.*7. *n.*51. *& ſeq.* Groningæ tamen & in Belgio non ad conſequentiam trahi poterit, uti conlegere facile ex iis quæ docui *c.* 15. *n.* 32.

7. Si non unus ſolus ſit adſeſſor ſed plures quos perhorreſcis, tunc videndum an tot adhuc ſint alii minimè ſuſpecti, quot ad finiendas lites adeſſe ſufficit? Donec enim is juſtus numerus manet, nil eſt quod petas amplius nec quærendi rationem habes ullam. Abbas *in c.* 1. *de judic.* quem ſequitur Boërius *deciſ.* 269 *n.*2.

8. Unde obſervare licet, quod licet ſummum hujus provinciæ tribunal conſtet novem perſonis. *Inſtruct. cam. art.* 1. attamen interlocutionibus tres vel quatuor, ſententiis verò per quas lis finem accipit, quæque eſt de ſummâ 150. *florenos Carol* excedente, ſex ſufficit intereſſe adſeſſores; ſed & quinque ſufficere, ſi res moram non patiatur & de plano cognoſci ſoleat. *d. Inſtruct. art.*6. Quare ſi de iis tribus vel quatuor & ſex vel quinque DD. adſeſſoribus nulla apud te ſit ſuſpicio, de augendo numero aliiſque ſubſtituendis fruſtrà poſtulas. *arg. l.*7. *in fi. ff. quod cuj. univ.*

9. Plu-

9. Plures autem ſi ſuſpecti ſint, nec juſtus ejuſmodi numerus ſuperſit, quid tunc fieri debeat, quæritur? Certum eſt illud ipſum tribunal ſupremum à quo nulla datur provocatio, recuſari vel ejerari non poſſe. *h. c.* 18. *n.* 2. Ergò rejectis ſuſpectis in eorum locum alias idoneas perſoneas ſurrogari petas ex conſilio Merulæ. *lib.* 4. *prax. civ. tit.* 40. *c.* 4. *n.* 2.

10. Vel ſcias ſpem rejiciendi cauſam ad alios peritos tibi negatam non eſſe, cum id fieri poſſit ſi Princeps ipſe cognoſcat uti aperii. *c.* 17. *n.* 13. quodque etiam ſuprema tribunalia hoc pacto declinari queant plenius ex inſtituto hujus provinciæ apparet. Nam in eâ lege, quæ 17. *febr.* 1648. de *reviſ. ſentent.* lata eſt, continetur *art.* 14. ut ſupplicatione factâ & re iterum cognitâ prioreque ſententiâ adprobatâ, victus queat petere ut acta ad aliquam juſtitiæ curiam tranſmittantur.

9. Qui temerè id ex eventu poſtulaſſe deprehenditur, plectitur graviore pœnâ nummariâ van 36. ponden. *Revis. Ordn. art.* 16. vel ſi juratæ promiſſioni relictus deinde æs illud ſolvere nequit, corpore & in cute luit aut arbitrariè coërcetur. *d. Ordn. art.* 18.

10. Cum autem novercantis fortunæ calamitate vel optimus quiſque ad anguſtias rei familiaris deduci queat, & ſuadentibus peritis & fiduciâ ſuæ cauſæ ad actorum tranſmiſſionem fortè proſilierit, omnia enim tentat qui de totâ ſuâ fortunâ certat, prudentem & circumſpectum judicem non facilè ad iſtam extraordinariam coërcitionem tranſire debere ait Bender. *de revis. concl.* 8. *n.* 25.

11. Ut tentandum foret an non & litigantes & eorum advocati cogendi eſſent præſtare jusjurandum non ſolum de ſumtibus, *d. art.* 18. ſed & de eo quod non calumniæ cauſa eam tranſmiſſionem actorum flagitent, uti id de moribus Germaniæ obſervari ſi appellatio interponatur atque etiam tunc quando recognitio cauſæ petitur, à me traditum *c.* 2. *n.* 19. & 20.

12. Omnes adſeſſores ſupremi Senatus vel judices à ſummo Princi-

Principe datos ſi perhorreſcas, eos tamen ejerare atque tribunal eorum ſummum rejicere non potes uti conlegas ex iis quæ de ſummo Principe diſſerui *c.* 17. *n.* 10. *& ſeq.* cum quò parem poteſtatem habet ſummum ab eo conſtitutum tribunal. *l.* 1. *§.* 1. *ff. de off. præf. præt. h. c. n.* 2. quam tamen legem perperam de omni judice accipit Marius Giurba *ad conſuet. Meſſan p.* 1. *c.* 14. *glos.* 7. *n.* 2.

13. Hoc ergò caſu omiſsâ omni mentione horroris, ob venerationem ſupremi Senatus minimè ad hoc ſacramentum provocare potes, ſed ſiſtas te omninò ejus tribunali *arg. c.* 17. *n.* 18. & lite inſtructâ petas acta curari ad peritos æqui bonique homines alios, vel ex toto populo, aut ex aliis collegiis, quæ ſuſpecta non habes, recuperatores dari deſideres, ne tibi objiciatur idem quod Verri contigit ex enarratis *c.* 12. *n.* 4.

Caput XIX.

Agitur de tranſmiſſione actorum *ad* impartiales *vulgò dictos, & diſquiritur de moribus Germaniæ & Belgii.*

1 Illud ergò tibi ſupereſt remedium ut petas actâ curari ad JCtos neutri parti addictos, quos ideò *impartiales* vocant, & ad quos in Germaniâ judices etiamque ſummorum tribunalium nec non provincialium dicaſteriorum præſides & adſeſſores ea tranſmittere coguntur, ſi litigantes id deſiderent. R. A. zu Regenſpurg. 1654. §. doch mit dieſem. Clev. Marck. Landt. abſcheid. 19. *Martii* 1661. §. dafern aber. Si id negant, tunc ſe ſuſpectos reddunt Mevius 3. *deciſ.* 40. *n.* 1. *in not.*

2. Sed & licet moniti non ſint, ſpontè tamen id facere debent in cauſis criminalibus ex *conſtit. crim. Caroli V. art.* 105. *& ult.* cujus rei plures rationes videſis apud Carpzovium *p.* 3. *prax. crim. q.* 116. *n.* 2. *& ſeq.* De ea re I. Balth. Manſo *notab. pract.* 8. *n.* 15. ſic ſcribit; *acta ad collegia ICtorum potius tranſmittenda quam cerebrinâ æquitate, quàm ſibi alias etiam ſæpè non infimi ſubſellii viri, neſcio quo fato fingunt, reſponſa ferre:*

3. In Omlandiâ etiam ſpontè peritiores conſulere debent. *Ius Omland. lib. 7. art. 54. ibi*; by *informatie* van Rechts-ervaren; In Velavia autem id arbitrio judicis relinquitur, *Lantrecht. c. 21. art. 6.* ſicuti & in Drenthiâ.

4. Eo caſu ſi invitus id facere cogitur ex legis præſcripto, ipſe judex ſumtus ferre debet. Cum enim juriſperitum eum eſſe oporteret, affectare non debuiſſet, in quo vel intelligit vel intelligere deberet ſuam inſcitiam. *arg. l. 8. §. 1. ff. ad L. aquil. junct. l. 203. ff. de R. I.* Quod nominatim continetur *d. Nemeſ. Carol. art. ult. ibique* Gilhauſen *in not.*

5. Sed & ſi alia non autem criminalis ſed civilis ſit cauſa, conſulere quidem peritiores poteſt: *Ius Omland. lib. 3. art. 73. ibi*; beradende ſick met des rechts erbarenen: Cum tamen ſpontè id egerit, id litigantibus non imputare nec ab iis quicquam ſpeciæ *advijs*-gelts petere poteſt, uti judicavit Ampliſſimus Ordo, *in cauſâ* J. Wichrode *&* Laurentz Geerts *die 9. Iunii 1629. 7. Septemb. 1616. & 26. Ian. 1619.* & præter rationem dictam firmatur *arg. l. 18 pr. ff. de oper. libert.* à Joh. Garſias *de expenſ. c. 21. n. 20.*

6. Quod ſecus eſſe dixerim cum Bernh. Zieritzio *ad conſt. crim. d. art. ult.* ſi ad alterius deſiderium cum Jure Conſultorum ſuffragio judicare fuerit rogatus. Hoc enim caſu litigantium id petentium factum, judici quem vel ſuſpectum dicere vel ejerare aut non audent aut nolunt; haut obeſſe debet. *l. 25. §. 2. in fi. ff. ad SC. Treb. l. 155. ff. de R. I.*

7. De eo judice qui invitus datus idem dicendum, nec eum, licet ſpontè peritioribus rem ſententiâ decidendam commiſerit, ad honorarii præſtationem teneri, perſuaſiſſimum mihi habeo. *arg. pr. I. de Obl. quæ q. ex del. ibique* Vultej. *n. 3. & 5.* Vinnius *ibid. n. 1.*

8. Quod inſtitutis civitatum paſſim ſcimus cautum, ut pignoribus captis coërceantur ii, qui munera publica detrectant. *Stadtboeck van Groningen lib. 1. cap. 2. in fi. Deventer part. 1. tit. 1. §. 10. Cleve tit. 8.* Et licet id hodiè fruſtrà conſtitutum videatur, quia nemo ea

recuſat ſuſcipere, id tamen & utilitatem habet in iis qui neceſſitate coguntur eſſe judices. Quales ſunt Profeſſores in Academiis.

9. Hoc verò caſu quandò ſponte id facit judex, litigantes æqualiter ſumtus ferre debent, non ſecus ac ſi ambo id poſtulaſſent. Sed ſi ad unius deſiderium id fiat, is primò honorarium & expenſas præſtare debet. *Landt-recht van Veluwe. c.* 21. *art.* 6 *Zutphen tit.* 7. *art.* 8. Schrader *de feud. part.* 10. *ſect.* 14. *n.* 81. *& ſeq.* Berlich. *p.* 1. *concl. pract.* 59. *n.* 20. *& ſeq.* Ant. Bullæ. *hor. ſubceſ. diſc.* 9. *n.* 10. *&* 11.

19. Quæritur autem an ſi unus tantum flagitet acta ad peritiores curari, ejus autem adverſarius contradicat, judex juris non ignarus ad id hodiè cogi queat? Cum jure ad id non ſit obſtrictus, uti anteverti dicere *c.* 17. *n.* 16. ei ſtandum donec id mutatum demonſtretur. *arg. l.* 27. *C. de teſtam. l.* 32. *pr. C. de appellat.* Vultej. *de judic. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 8. *&* 9.

11. Ubi autem res eſt neceſſitatis, *h. c. n.* 1. ibi poſtquam id petitum judex nil quicquam facere poteſt. *arg. l.* 4. *C. quando prov. non eſt. nec.* Mevius 2. *deciſ.* 231. *&* 232. *n.* 2. Quare hoc juramento perhorreſcentiæ meritò locum inveniret. Neque enim tunc litigantes tàm facilè Principum ſuorum tribunalia declinarent, quod jam toto faciunt die, etiamſi nullo horrore compellantur. Quid autem hoc aliud eſt, alius fortè opinari & quærere poſſet quàm ea ſuſpecta habere? Nam cum petant acta mitti ad *impartiales*, tacitè quaſi ſuos judices *partiales* habent. Parce precor verbis mihique, qui ſcio ex aliis cauſis ſæpè id deſiderari & vel ex hac ſola ut citius ſententia feratur. Mevius *part.* 1. *deciſ.* 80.

12. Quando autem acta ad *impartiales* curanda, in Gelriâ jus dicenti obſervandum eſt, ut ad ejus provinciæ peritos ea mittat. *Lantr. van Veluwe c.* 21. *art.* 6. *Zutphen tit.* 7. *art.* 6. Niſi cum in ea tales reperiri nequeant, tunc enim ad vicinos itur. *Zutphen. d. tit.* 7. *art.* 7.

13. In hac provincia verò ad dicaſterium ſummum alicujus fœderati Belgii provinciæ, uti repræſentavi *c.* 18. *n.* 10. Aſt in

Germa-

Germaniâ hæc res meri eſt arbitrii. In quâ frequenter etiam ad Univerſitatem aliquam acta tranſmitti ſolent, cujus & meminerunt leges quarum mentionem injeci, *h. c.* 19. *n.* 19.

14. Cum Profeſſorum ſcientiâ illuſtretur mundus, *auth. habita. C. ne fil. pro patre*, & ſi rectè ſapiunt neo juvenes in ſcholis ſtultiſſimos fieri pati volunt, etiam ea quæ in uſu ſunt, ſcire & docere debent, ut turpe fore exiſtimem, ſi ea ignorent. *l.* 2. *§.*43. *ff. de O. I.* Souſa de Macedo *perfect. doctor. q.* 23. *n.* 1. *&* 36.

15. Hæc cum optimè calleant Anteceſſores in Academiis Germanicis, tàm egregiè præſentis ævi rebus quà publicis quà privatis vacant, ut non tantum eum laudis titulum meruerint, quod dicantur Reichs und Rechts gelehrte teſte etiam Henr. Hahnio *ad Weſenbec. parat. ff. de I. & I. n.* 14. ſed & uberrima induſtriæ ſuæ præmia inde ferant & à ſuis Principibus acta non ſolum ſed & à remotioribus locis decidenda accipiant.

16. Quod & propter vicinitatem Germaniæ ad hanc uſque diem ſœpiſſimè hujus Academiæ Groningano-Omlandicæ Profeſſoribus evenit & nobis adhuc nuper. Contra quod licet ringat Beſoldus *in theſauro. pract. verb. Academie*: nos tamen non angit: nec, cum cuncti ſimus Germani, ejuſque gentis linguæ & morum non adeò, abſit jactantia, ignari: is nobis perſuadebit mutatione ſoli linguam amitti & juris ſcientiam, quæ ex libris ſœpius quàm ſemel impreſſis conſervatur & curioſâ novorum editorum indagatione augetur.

17. Quid quod non tantum rationi adprimè conveniens ſed & neceſſarium atque praxi forenſi receptum, ut ſi ex inſtitutis locorum, moribus vel conſuetudine, lis ſit decidenda, ejus rei cunctæ copia fiat JCtis peregrinis, ad quos acta tranſmittuntur, uti ſcribit Mevius 3. *deciſ.* 40. *n.* 5. Quod & hic obſervatur, ſi ad aliquod ſupremum in Belgio fœderato tribunal cauſa recognoſcenda mittatur & in ipſâ Germaniâ fieri obſervavi.

18. Jureconſultorum ordo in Academiâ, licet decreverit ad unam perſonam, hæc tamen de lite cognoſcere poteſt. *arg. l.* 7.

inſi.ff. quod cuj. univ. Berlich *d. concl.* 59. *n.* 10. Sic D. Joh. Steinberg. JC. huj. acad. olim Prof. primar. ſolus reſpondit *in cauſâ ſucceſſ. Haſſ. reſponſ.* 6. *p.* 104. Si tamen velit, id ſubſignari quoque faciat per unum vel duos juriſperitos, uti Nobiliſſ. D. Junius hoc ſervavit aliquando in re ardua inſtitutum. Vid. *Hoef-yſerſche ſchuldt. p* 87.

19. Sœpè cum contingat, ut, quoties acta tranſmittenda ſunt, litigantes rejiciant hanc vel illam Academiam etiam eam quæ ab eorum Principe fundata & in quâ eorum juventus bonis literis & artibus formatur, putarem tunc huic *juramento* perhorreſcentiæ locum eſſe debere. Etiamſi enim id illis permiſſum ſit; Berlich. *d. l. n.* 15. & ex eo Bullæus *d. diſc. n.* 4. tamen ne invidiæ locus detur nec temerè quis reprobet eos, quos Princeps dignos eſſe judicavit, hoc obſervare utile eſſet. *arg. l.* 3. *C. de crim. ſacril. l.* 38. *ff. de R. V.*

20. Etiam tunc quando alios Jureconſultos qui periti ſatis ſunt & ideò bewehrte Rechtsgelehrte uti eſt in lege eâ pactitia Cliv. & allegatâ *h. c.* 19. *n.* 1. appellari merentur, rejiciunt. Maximè cum nunc non unius tantum collegii ſed & integræ civitatis peritos recuſare ſoleant. De quo licet dubitet Maſcardus *de probat. vol.* 2. *concl.* 953. *n.* 32. id tamen in tantum invaluit ut & multarum civitatium, imò & totius provinciæ periti rejiciantur, uti ſœpè ex actis ad me quoque curatis obſervavi.

21. Quare tunc huic jurijurando locus erit, *nam debiles & calumnioſi reputantur illi advocati, qui utuntur tali allegatione*, uti loquitur Vinc. Carocius *d. except.* 120. *n.* 59. ubi finit *& hac opinio ſervatur in practicâ*: & ejuſmodi recuſatio generalis tanquam vana non admittenda. Paz. *pract.* 1. *p.* 1. *tom.* 10. *n.* 29.

22. Sed & ordo hominum à litigantibus ſœpè recuſatur. Nam *&* memini aliquando cunctos, qui à conſiliis erant Sereniſſimo D. Electori Brandenburgico rejectos fuiſſe à litem habente coram judicio Huiſſenſi agri quidem Batavorum inſulæ ſed ditionis Cliviæ; cumque ad me res mitteretur cum prætore Duisburgenſi JCto nobiliſſimo in ea pronuntiavi, licet ambo titulo Conſilia-

rii gau-

rii gauderemus, rati quod ea exceptio ad eos non pertineret, qui ut Auſonius ait

Muneris exortes nomine participes:

23. Scire id etiam expedit quod declaratio ſententiæ quam tulerunt periti, ſi ambigua vel obſcura ſit, ab illis non verò à judice fieri debeat. Mevius 1. *deciſ.* 110. *per tot.* Sic cum Duisburgenſis JC. ordo pronuntiaſſet in cauſa Suſato eò iterum miſſa & tractata inter Jr. Neheimb zu Weſſinghauſſen & procur. Harhoff ſententia me referente deinde ſic fuit explicita; daß die *reduction* der 6. *ad* 5. *pro cento* von zeit deß Churfl. *edicts in anno* 1660. zu verſtehn: *arg l.7.C.de leg. junct. Petr. Frid. de mand. lib.2.c.73. n.16. 17. & 18.*

CAPUT XX.

Inutilis eſt appellatio ad Papam. *Novè & curatius oſtenditur nefariam eſſe provocationem quæ ad* tribunal Dei *fit.*

1 His conſequens eſt in Germaniâ per hoc ſacramentum non poſſe declinari ſumma ejus tribunalia, neque tunc quidem ſi ad Pontificem M. ire velit perhorreſcens uti exemplo inluſtrare repræſentavi *c.13.n.6.* nam ad hunc inde nulla toleratur provocatio. Reinking. *de R.S. & E.lib.1. claſſ.2. c.4. n.10.* Carpzov. *de L.Reg.German.c.9.ſect.2.n.17.* Knipſchildt *de jure civit. imper. lib.2. c.4.n.81.* Adeò ut à Camerâ Spirenſi ad Papam appellans etiam in cauſâ piâ & tutelari mulctatus fuerit 100. marcis auri puri, *die* 20. *febr.* 1512. uti refert Vultej. *de judic.lib.4.c.2. n.46.*

2. Sed & ſi quis judicio agat coram Officiali, ab hoc ad nuntium Apoſtolicum appellare nequit. R. A. zu Regenſpurg 1654. §. als ſich dan. 164. *Capitul. Imp. Leopoldi. art.* 19. Quare cum illuſtris quædam fœmina ditionis Marcanæ ab Officiali Colonienſi nuper ad nuntium Pontificis Coloniæ Agrippinenſi agentem provocaſſet, à ſummo tribunali Spirenſi ad preces adverſarii mandatum quod *caſſatorium* vocant, editum fuit. Idem jam olim factum teſte Adr. Gylmanno *ſymphorem. tom.6.cap.1.p.13.*

 3. Judi-

3. Judicium ſimile eſto de aliis regibus, principibus ſummis & rebuſpubl. liberis, neque enim ab iis licet Papæ religionem non ejeraverint, provocare ad Pontificem M. licet, uti egregius cæterà Papæ adulator M. Ant. Peregrinus fatetur ipſe *tract. de jure fiſci. lib.* 1. *rubr. de iis qui jura fiſcalia habent. n.* 62. In Galliâ criminis læſæ majeſtatis reus quis ideò judicatur, uti Reinking. *d. l. n.* 11. memorat ex Paponio, apud quem id tamen non inveni.

4. An ergò non permiſſa provocatio ad tribunal Dei? Negandum id cenſeo indiſtinctè; ſive cauſa ſit civilis ſive criminalis, (1) quia appellans frivolè non eſt audiendus. Scaccia *de appellat. q.* 2. *art.* 3. *n.* 51. Neque enim gravatus eſt, ſed inſtituit gravare. Scaccia *d. tract. q.* 5. *n.* 100. Qui autem alium vocat ad Dei judicium is frivolam appellationem interponit, ea enim frivola dicitur quæ eſt inanis & inutilis. Geminian. *ad c. cum appellationibus. in* 6. *n.* 5. Franchus *ibid. n.* 1. Vallens. *ad Decretal. lib.* 2. *tit.* 28. §. 1. *n.* 5.

5. Quod verò hæc inutilis ſit & inanis id ex eo evincitur, quod ſuperior judex ad quem ejuſmodi appellatio ſit, non memoretur ab iis qui exempla hujus rei adducunt, inhibitionem feciſſe nec id quod ſententia & re judicata decretum erat, quò minus executio ejus fieret, impediiſſe, id enim ne provocatio inutilis ſit à ſuperiore aliàs obſervatur. *c. non ſolum. c. Romana.* §. *ſi verò. de appellat. in* 6. Gail. 1. *obſ.* 44. *n.* 1.

6. Unde porrò (2) ſic argumentor. Ceſſante fine *in communi* ſeu *univerſaliter*, ceſſat & legis diſpoſitio. Cl. Sutholt. *diſſert. I.* 1. *aph.* 16. Ant. Maſſa Gales. *de exercit. Juriſp. lib.* 1. *n.* 53. & 54. Perſonatus Nomicus Pacemut. *de IC. perf. c.* 4. *n.* 10. Eleganter Cicero *lib.* 1. *de finib. Quid enim eſt in vitâ tantopere quærendum, quàm cum omnia in Philoſophiâ, tum id quod his libris quæritur, quid ſit finis, quid extremum, quid ultimum, quò ſint omnia benè vivendi rectèque faciendi conſilia referenda?*

7. Finis autem appellationis in re propoſitâ ceſſat, nam is non alius eſt quàm ut ſententia iniquè lata corrigatur. *l.* 1. *pr. ff. de appellat.*

pellat. Weſenbec. *parat. ff. eod. n.* 10. Sed ideò ejuſmodi provocatio ad Deum non fit, nam Deus lentus ad iram nec ilicò atque ante ſententiæ & rei judicatæ executionem, uti præfatus *b. c. n.* 5. punit etiam judicem injuſtum, & non obſtante eâ appellatione damnatus ad ſupplicium rapitur; Indubitata ergò ſit ea ſententia quæ nullo remedio attentari poteſt. *l.* 23. *§.* 1. *in fi. ff. de cond. indeb.*

8. Ratione formæ (3) hæc provocatio quoque inutilis eſt. Nam ab eo cui juriſdictio mandata eſt non appellatur ad mandantem. *l* 1. *§.* 1. *ff. quis à quo appell.* Ei autem mandata eſt juriſdictio, qui vices mandantis gerit. *l.* 1. *§.* 1. *l.* 3. *ff. de offic. ej. cui mand. juriſd.* Magiſtratum autem, ſive Princeps ſive quis alius ſit, Dei vices ſuſtinere notius eſt quàm ut dici debeat, & tam ex jure divino quam civili & hodierno liquidò probat Reinking. *de R. S. & E. lib.* 1. *claſſ.* 1. *c.* 2. *n.* 2. *& ſeq.* ſolatium ergo non aliud condemnato ſupereſt quàm id quod allegavi. *c.* 18. *n.* 13.

9. Quod ad materiam adtinet, (4) ſcire debes vanam appellationem eſſe haut recipiendam. Scaccia *d. tract. q.* 2. *n.* 48. Quis autem negaverit eam eſſe vanam quæ fit contra veritatem? Res autem judicata pro veritate habetur. *l.* 207. *ff. de R. I. l.* 25. *ff. de ſtatu hom.* Chriſtoph. Sturcius *ad d. l.* 207. *n.* 7. *& ſeq.* Ubi autem de ſententiâ amplius quæri non poteſt, ibi res eſt judicata. *d. l.* 23. *§.* 1. *de cond. indeb. arg. l.* 1. *ff de re jud.* Treutl. 2. *diſp.* 23. *th.* 1. *b.* Hahn. *ad Weſenbec. parat. ff. d. t. n.* 3.

10. Si effectum (5) ſpectemus is funeſtus & reip. extioſus. Hac enim ratione contemnitur Princeps & magiſtratus, à quâ re tamen abſtinendem eſſe vel civiles ſanctiones jubent. *l.* 9. *ff. de juriſd.* Inde odia vulgi, tumultus & ſeditiones originem trahunt, quibus occurendum eſſe leges valdè proſpexerunt, ut ideò nullius Politici ſchola intranda ſit. *l.* 176. *pr. ff. de R. I. l.* 1. *C. Theod. ad L. Iul. de vi.* Adeò ut illud in praxi dicatur, *regulas juris ceſſare, ubi agitur de evitandis publicis perturbationibus*: Cl. Jacob. Gothofred. *ad d. l.* 176.

11. Eve-

11. Eveniret & aliàs ut facinoroſus ſœpè veniam hoc pacto acciperet, ſi damnatus eſſet à magiſtratu qui nimiâ ſuperſtitione numinis terreretur; Sicuti enim nullus reus damnatus inveniretur qui non ſpe gratiæ ad hanc provocationem proſiliret, ex ſtudio propriæ ſalutis naturali: *arg. l. 1. ff. de bon. eor. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil.* ſic rarò vel nunquam reperiretur judex, qui metu vindictæ divinæ non redderetur dubius quique non libentius in abolitionem criminis ſi ſupremus eſſet conſentiret vel ejuſmodi nocentem non abſolveret. *arg l. 5. pr. ff. de pœn.*

12. Nil ergò ejuſmodi provocationi tribuat magiſtratus ſed ex fide eorum quæ probabuntur ſtatuat & ſecundum acta & probata tunc judicet; *l. 14. & auth. ſeq. C. de judic. l. 6. §. 1. ff. de off. præſ.* Bronchorſt. 1. *aſſert.* 14. Bachov. *ad Treutl. 1. diſp. 12. th. 14. lit. e.* Sutholt. *diſſ. 19. aph. 55.*

13. Vel ſi inferior ſit judex & aliter rem ſe habere noverit, officium deponat & eam ad Principem vel reip. rectores rejiciat atque ſe ut teſtem examinari petat. Paul. Buſius *tract. de judic. offic. cap. 4. n. 44.* Jacobus Angliæ Rex *apud Iſaak Wake libro cui tit. Rex Platon. p. 113. & ſeq.* aut ſi Princeps ſit, aliamque rei geſtæ conſcientiam habeat, tunc hanc provocationem præveniat eumque qui conventus accuſatuſve abſolvat. Phil. Decius *poſt Bart. & Bald.* id tradit *conſil. 699. n. 16.* quem ſequuntur Treutler *d. lit e.* & Buſius *d. c. 4. n. 50.*

14. Cæterum ſi non aliter rem contigiſſe noverint, tutò ſequuntur ea quæ probata, nam ea *civiliter* pro veris accipi oportet, & alias judiciorum ordo fruſtrà in medio conſtitutus eſſet ſi per ejuſmodi appellationem ad tribunal Dei rei judicatæ executio ſiſteretur. Quare *ſi quis aliquid tale fecerit quo leves hominum animi ſuperſtitione numinis terrerentur, Divus Marcus hujuſmodi homines in inſulam relegari ſcripſit.* Modeſtin. *in l. 30. ff. de pœn.*

15. Non differat ergò magiſtratus exequi decreta etiamſi reus ſic provocaſſet, ſed ſi cauſa civilis ſit vel minor relegatione eam augeat & hanc ei imponat *d. l.* 30. uti in termin. terminant. Ægid.

Boſſius

Boſſius *pract. crim. tit. de extraord. crimin. n. 9.* vel præter recantationem eum virgis cædi vel ad numellas poni curet, uti aliquando Mediolani judicatum memorat Jul. Clarus *lib. 5. ſentent. §. fi. q. 83 n. 8.*

16. Si pœna mortis reo per ſententiam impoſita, ea omninò citòque ei inroganda, uti docet Paris de Puteo *tract. de ſyndicatu. verb. latro. n. 6.* Carpzov. *p. 1. prax. crim. q. 24. n. 10.* & ſi is per hanc appellationem ad tribunal Dei inferendum ſupplicium intercipere & protrahere conatus ſit, is ad honorariam pœnam, quam Galli *amande bonnorable* dicunt, prætereà condemnandus, nam ad eam tenentur qui Deo, principi vel reip. injuriam intulerunt, uti egregiè vir cujuſque prædicatione major Jan. Langlæ. 10. *Semeſtr. 1.* & Charles Loyſeau *du droit des Offices livr. 1. ch. 13. n. 57. & ſeq.*

17. Hæc autem provocatio tale facinus eſt, per quam Deo non minus, *arg. Roman. 13. 2.* quam Principi & reip. contumelia fit, atque ideò execrandum vocatur ab Ant. Drocho *in not. ad Clar. d. q. 83. n. 36. lit. q.* ideòque in aliis locis ubi honorariæ iſtius pœnæ nullus eſt uſus, ſupplicii modus augeri vel ignominioſa magis pœna ſtatui poſſet per ea quæ tradunt Boſſius *d. n. 9.* & Carpzov. *d. q. 24. n. 12.*

18. Examinanda nunc ſunt ea quæ contra hanc ſententiam objici queunt. (1) Hoc quod dixi *h c. n. 8.* fortè quis inficias iverit & allegaverit principes atque magiſtratus non habere mandatam juriſdictionem ſed eos eſſe judices à Deo datos atque pedaneos, hos enim ſic appellari, quod imi & ſubpedanei ſubſellii judices ſint & pedibus calcent terram, Mornac. & Wiſſenbach. *ad tit. C. de pedan. judic.* Perez. *ibid. n. 1.* Raguell. *ad l. fi. C. ubi & apud quem in integr. reſt.* etiamſi aliter ſentiat eoſque quod pedes incedebant dictos exſtimet Joan. Cruceus *not. ad C. d. tit.*

19. Jam autem cunctos magiſtratus terræ pedaneos eſſe ſi cum Deo ter Opt. Max. conferantur, ſatis patere inde quod terra ſit ſcabellum pedum ejus, *Matthai. 5. 35.* atque ideò ſe-

N qui

qui ab iis rectè ad Deum appellari poſſe. *l.* 1. *pr. l.* 3. *ff. quis à quo appellet.*

20. Aſt ſcire te velim quod argumenta à notatione nominis vel vocis alluſione deſumta non firma ſint ſi per adfirmationem concepta; uti docui *in tract. de jure in re & ad rem c.* 21. *n.* 24. Ut fruſtrà ſic inferas: in ſubpedaneis Dei ſubſelliis ſedent ergò judices ſunt pedanei, nam & inferiores ſedes etiam occupabantur per magiſtratus minores, qui tamen pedanei non erant, veluti in eam rem teſtis eſt Aſcon. Pædian. *in divinat.* ſic ſcribens; *ſunt enim ſubſellia tribunorum, triumvirorum, quæſtorum & hujuſmodi minora judicia exercentium qui non in ſellis curulibus, nec in tribunalibus, ſed in ſubſelliis conſidebant:*

21. Judices enim pedanei nudam ſimplicemque tantum notionem habebant, nec ſententias ſuas exequebantur ipſi ſed ii qui eos dederant. *l.* 15. *pr. ff. de re jud. l. ult. C. ubi & apud quem in integr.* Scipio Gentilis. 1. *de juriſd.* 8. Neque poterant contumaces coercere quia juriſdictione & mixto imperio carebant uti idem auctor docet. *lib.* 2. *de juriſd. cap.* 30. Hæc autem de magiſtratibus dici nequeunt. *Roman.* 13. 4.

22. Objicitur (2) quod *per injuſtitiam oppreſſus hoc faciat bono fine, puta ut innocentia ejus appareat nec infamia gravetur familia aut ut liberetur mundus tali tyranno, aut ut reſipiſcat & terrore perculſus pœniteat deſinatque ab oppreſſione & concuſſione miſerorum*, quare *licita eſt talis citatio*: uti ſcribit Simon. Majolus Epiſcop. Vulturar. *tom.* 2. *canicul. dier. colloq.* 2 *p.* 523. cujus vitulâ ſuppreſſo nomine laboravit Martin. Delrio *lib.* 4. *diſq. magic. c.* 4. *q.* 4 *ſect.* 1. *§.* 2.

23. Verum enimverò quomodò magiſtratui conſtabit eum eſſe innocentem, cum jam aliter probatum ſit? *h. c. n.* 9. & 14. & ſi is aliter rem ſe habere ſciverit neque tu tamen in terris ullum remedium aliud habeas non ad hoc profilias cum finis ejus ſit malus neque tibi prodeſſe queat, uti demonſtravi. *h. c. n.* 7. & 10. ſed tacitè rem totam commenda Deo, nam ejus eſt vindicta, *Deuteron.* 32. 35. atque is inimicos diligere juſſit, *Matthæi* 5. 44 & *ſeq.* Petr. Martyr. *loc. commun. claſſ.* 4. *c.* 15. *n.* 8.

24. Pa-

24. Patienterque fer id quod mutare nod potes & cogita te ob peccata tua hoc meruiſſe neque tibi id contingere fortuitò ſed à Deo qui hic manu iniqui magiſtratus te caſtigat ut in æternum tibi parcat, per ea quæ elegantèr laudatus Martyr tradit *claſſ.* 1. *c.* 14. *n.* 9. *&* 10. Lactant. *lib.* 5. *inſtit. divin. cap.* 23. *Unde nemini mirum videri debet, ſi pro noſtris ſæpè delictis caſtigamur à Deo. Imò verò cum vexamur ac premimur, tum maximè gratias agimus indulgentiſſimo patri, quod corruptelam noſtram non patitur longius procedere, ſed plagis ac verberibus emendat*: & *d. lib. c.* 23. *pr. Quicquid ergò adverſum nos mali Principes moliuntur, fieri ipſe permittit*:

25. Exempla quæ (3) in contrarium adferuntur à Delrio & Majolo tracta ex ſacro codice *Geneſ.* 16. 5. *&* 1. *Reg.* 24. 14. 1. *Paralip.* 24. 23. 2. *Machabæ.* 7. 17. 2. *Timoth.* 4. 15. *nec non Apocal.* 6. 10. ad propoſitum nobis argumentum non pertinent. Nil enim ibi de appellatione ad tribunal Dei ſed vel de ejus obteſtatione agitur, vel de ultione tacitè & citra ſtrepitum forenſem ſanctiſſimo numini commendatâ tantum tractatur, quæ licitè non modò fieri poteſt ſed & à Deo promiſſa. *d. Deuteron.* 32. 35.

26. Quam rem credo intellexiſſe Bezam citatum à Camerario 3. *horar. ſubceſiv.* 38. eamque malo Chriſtiani iſtius Ciceronis verbis, quam meis proponere. Pergit autem Firmianus *d. c.* 23. diſſerere; *Et tamen injuſtiſſimi perſecutores non ſe putent impune laturos, quia indignationis adverſus nos ejus quaſi miniſtri fuerunt: Punientur enim judicio Dei, qui accepta poteſtate ſupra humanum modum fuerint abuſi*: & poſteà; *Propterea vindicaturum ſe in eos celeriter pollicetur & exterminaturum beſtias malas de terrâ.*

27. Non tamen hoc agamus ut ejuſmodi appellatione & citatione tàm magiſtratui quàm ſanctiſſimo numini diem præſcribamus tempuſque condicamus, id enim ſibi ſervavit. *Deuteron.* 32. 35. *ibi tempore ſuo vacillabit pes eorum*: Paulus Speratus *in hymno. verſ.* 11.

Er weiß wohl wanß am beſten iſt /
Vnd braucht ahn uns kein argeliſt /
Das ſollen wir ihm vertrawen.

28. Piè

28. Piè iterum Lactantius *d. c. 23. Sed idem quamvis populi ſui vexationes & hic in præſenti ſoleat vindicare, tamen jubet nos exſpectare patienter illum cœleſtis judicii diem, quo ipſe pro ſuis quemque meritis aut honoret aut puniat*: Quod hic verba tot tela quibus icta miſerè occidit ea provocatio.

29. Dixerit quis (4) vim vi repellere licet. *l. 3. ff. de I. & I.* Reſpondeo id non aliter verum eſſe quam ſi vis illata injuſta & repelli poſſit. *all. l. 3.* Anton. Vacca *ad d. l. 3. conſequens ſanè eſt, ut regibus ac magiſtratibus licito jure animadvertentibus, prætextu illo quod corpus tuum tueri velis vi obſiſtere non poſſis*: Ne quis cavilletur verba *licito jure*: ſubjiciam quod pergit dicere; *Cæterum ſi per injuriam, an obſiſti eis poſſit quæſitum? Sed id non eſſe plerïſque viſum ne ſeditiones & turbæ fiant, & hoc juri gentium convenire arbitror, quo ſuæ quiſque gentis regibus & magiſtratibus parere & ſubeſſe jubetur*:

30. Non obſtat (5) quod magiſtratuum poteſtas ſit conſtituta cum reſervatione judicii divini. Selden. *de I. N. & G. ad diſcipl. Ebræor: lib. 7. c. 4.* Vitioſè enim inde conlegeris ab iis ad hoc in terris provocari poſſe, nam nequidem Ebræi pœna forenſi aliquem cogebant *ad perſuaſionem ſeu profeſſionem aliquam de judicio divino*, uti ipſe Seldenus poſteà tradit *d. c. 4.*

31. Neque id aliter eo auctore quàm vindictæ numinis relinquebant *h. c. n. 27. & 28.* Adi eundem Seldenum *d. tract. lib. 1. c. 4. p. 48.* & cape ita *Geneſ. 18 25. Roman. 1. 18. 32. 2. Theſſal. 1. 6.* Scias etiam apud Judæos aliam ejus rei rationem fuiſſe quamdiu θεοκρατία duravit, uti diſcas ex Cl. Zieglero *ad Grot. 1. de jure p. & b. 3. n. 20. verb. judices Deos.*

32. Pro hac provocatione (6) videtur facere quod ſubjecti in graviſſimo rerum fortunarumque diſcrimine Principibus & magiſtratibus reſiſtere queant. Grot. *d. lib. 1. c. 4. n. 7.* Reſpondetur cum Zieglero *in not. Non auſim hoc adſerere*: & jam id dicere repræſentavi *h. c. n. 29.* apertiſque tibiis hoc argumentum tractat Henning. Arniſæ. *de auctor. princip. c. 2. n. 2. c. 4. n. 5. & 6. atque per tot.* Licet non negem Principem peccare, uti benè

contra

contra Hobbes *Leviathan. p.2. c.20. & ſeq.* oſtendit Scharrock. *de offic. jur. nat. c.4. n.9.*

33. Et ponas jam Principem fieri tyrannum eumque evertere remp. & omnia ad ſalutem privatam transferre. Ariſtot. 4. *polit.* 10. atque ideò ei reſiſti poſſe, Henning. Arniſæ. *d. tract. c. ult. n.* 12. 15. & 16. peſſimè tamen inde inferas ad hanc provocationem. Nam in definitione tyranni, quam tradit Philoſ. *d. c.*4 *in fi.* verba *ſine provocatione*: reddiderunt Giphan. & Heinſius, adeò ut in tyranno minus provocatio effectum ſit habitura, neque ſpes emendationis ſuperſit ulla. Quanquam aliàs id non tyranni proprium ſit ut ab eo nulla provocatiò fieri poſſit, uti putant Giphan. & Stapul. *ad d. c.* 10. Petr. Gregorii *lib.6. de rep. c.* 18. *n.* 10. ſed & regi ac principi quoque conveniat, uti docet Arniſæ. *d.d. c. ult. n.* 11. *verſ. optimè*, & ego *c.* 16. *n.* 2. & *ſeq.*

34. Obſtat (7) locus *Ioëlis.* 3. 1. 12. & 13. ex quo hæc res dicitur Germanis, ins thal *Ioſaphat* laden. Beſold. *theſ. pract. lit. I. n.* 25. Dietherrn. *ſpicil. ad Beſold: lit. I. n.* 26. Speidel *ſpec. hiſt. jur. pol. lit. I. n.* 53. Reſpondent Belgæ interpretes & celeberr. collega D. Sam. Mares. *ſyſtem. loc.* 14. *n.* 58. quod ſermo ibi ſit allegoricus de eccleſiâ Dei ex improviſo liberandâ. *arg.* 2. *Chronic.* 20. 16. aliàs nobis latere illius tempus idque Deum velle ad patientiam noſtram exercendam. Sunt qui eum locum de extremo judicio explicant. Nicol. de Lyra & Jacob. Tyrin. *ad d. verſ.* 3. Quibus contradicit celeberr. D. Joh. Coccej. *ad d. c.* 3. *v.* 7.

35. Minus contra me facit (8) quod in criminalibus ultimi ſupplicii cauſis ex conſuetudine Germaniæ appellatio ad Cameram prohibita. *c.* 16. *n.* 25. atque ideò huic provocationi locus eſſe debeat. Quamvis enim in Omlandiâ, Gelriâ & Transiſalaniâ aliiſque Belgii locis minimè quoque appelletur in criminalibus. *Lantr. van Zutphen. tit.* 10. *art.* 19. *Velav. tit.* 23. *art.* 5. *Ruræmund. p.* 5. *tit.* 16. §. 3. *n.* 6. *Over Iſſel. p.* 1. *tit.* 19. *art.* 83. *Conſuet. Duc. Alban. c.* 55.

35. Fruſtrà tamen inde argumentum trahitur ad provocatio-

nem, de quâ nobis ſermo eſt. Nam eâ ratione efficeres in civilibus quoque cauſis ſi ſumma non ſit tam magna ut propter eam ad Spirenſe tribunal appellari queat vel ſi de poſſeſſione alibi lis eſſet, eâ provocatione ad tribunal Dei condemnatos uti poſſe, *arg. c.* 16. *n.* 22. quod tamen abſurdiſſimum cogitare. Majol. *d. colloq.* 2.

37. Ceſſare ſi quis (9) putet in criminalibus difficultatem explorandi fontem ejus quod judicatum eſt ideò, quod is qui condemnatur ignarus eſſe non poſſit an mortem juſtè ſubire debeat vel non, is graviter fallitur. Nam in civilibus cauſis, ubi de lucro damnove noſtro agitur memoria de re à nobis geſtâ ſœpius fortior, & contrà ex morbo ſæviore etiam criminis patrati excidit, uti poſt Lucret. & Menoch. docet Paul. Zacchias *QQ. medico-legal. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 7. *n.* 45.

38. Sœpè ii qui mortem valdè meruerunt, non intelligunt tamen ſe eâ dignos judicari potuiſſe. Paucas ante hebdomades is qui ſtuprum per vim uxoris viventis filiæ intulerat, & furta plura commiſerat ſcelusque quod non proficit ſcire, uti eſt in *l.* 31. *C. ad L. Iul. de adult.* patraverat, eaque omnia confeſſus erat, initio tamen ſcire non poterat vel nolebat ſe ideò capitis pœnam ſuſtinere debere, cum tamen propter rerum divinarum notitiam, quam profitebatur, majore pœnâ ſe adfici potuiſſe ignorare non debuiſſet, *arg. Lucæ* 12. 47.

39. Si hæc nodum tibi non videntur ſolvere ſatis, tunc & hoc cape, quod in crimine perduellionis ſœpiſſimè ignari ſint, cur capitis pœnâ plectantur, nam ob egregium publicum & arcana imperii ſarta tecta ſervanda & *par raiſon d'Eſtat* non ſemel ea illis inrogata fuit, qui tamen planè ignari, cur eam luere deberent quibuſque perſuaderi non poterat quod eam meruiſſent, niſi ideò quod contra Deum peccaſſent *h. c n.* 24.

40. Nam ut de Comite *d'Eſſex* cæteriſque quorum ſanguine Britannica tellus fuit tincta ſileam, atque ejus gentis Sereniſſimi regis aliorumque alibi quoque damnatorum mentionem non injiciam,

jiciam, an T. Manlius, Q. Fabius magiſter equitum fuerunt non ignari cur morerentur, cum tamen feliciter contra hoſtem depugnaſſent? Livius *hiſtor. lib.* 8. *c.* 7. *&* 30. Florus 1. *hiſtor.* 14.

41. Quid etiam dicemus de milite? cujus meminit Hotoman Franciſci Fil. *traitè de l'Ambaſſadeur. fol.* 52. his verbis; *le Mareſchal de Termes donna recompenſe à un ſoldat, qui premier étoit montè ſur le baſtion d'un fort qu'il aſſiegeoit, dont eſtoit ſuivie la prinſe du dit fort; & une heure apres le fit pendre pour avoir eſtè ſi hardy d'y eſtre allè ſans commandement*:

42. Crederem facilè eos omnes ignaros fuiſſe cur morerentur, licet enim lex hæc dura ita ſcripta ſit, ut qui in bello ſine juſſu ducis quid fecerit capite puniatur, etiamſi res benè ſucceſſerit, *l.* 3. *§.* 15. *ff. de re milit.* atque ideò judex damnandi poteſtatem habeat, *arg. l.* 12. *§.* 1. *ff. qui & à quib. manum.* vix tamen vel nunquam is qui tale quid egerit cum bono eventu, gnarus eſt cur mori debeat, & hodiè etiam iſte rigor ideò ab uſu receſſit eique parci ſolet. Groeneweg. *d. LL. abrog. ad d. §.* 15.

43. Omnia hæc ſuperat hoc, quod cum Alexandro M. inter navigandum ingente vento diadema abreptum eſſet & in aquam procidiſſet, *nautam quendam enataſſe, qui diadema ab arundine avelleret, idque receptum non manu geſtaſſe, ne natans madefaceret, ſed capiti impoſitum attuliſſe. Atqui plerique eorum qui res Alexandri ſcripſerunt eum diligentiæ ſuæ cauſâ talento donatum ab Alexandro: deinde capite plecti juſſum ajunt*: uti Arrianum *de exped. Alexand. lib.* 7. docuit fari Bonav. Vulcanius, quem politiore formâ nuper in publicum emiſit vir amiciſſ. & celeberr. Nicol. Blancardus, apud quem id vide *pag.* 492.

44. Hæc cum ita ſint & nullum tamen eorum conſtet ad Dei tribunal appellaſſe, nemo ſibi patiatur imponi hoc permiſſum eſſe, *ſed* dicat *benè judicavit magiſtratus*, quoties teſtium perfidiâ oppreſſus. Aliàs *dicant quicunque jubentur pati timidis ignaviſque flebilia: Digni viſi ſumus Deo, in quibus experiretur, quantum humana natura poſſet pati*: uti graviter diſſertat L. Annæ. Seneca *de provid. c.* 4.

45. In-

45. Incommoda illa quæ in civilibus ex hac provocatione oriuntur in remp. ſi quis (10) allegaverit ceſſare in criminalibus, pace ejus dixero, imò majora incommoda hic eſſe metuenda! Plebs enim veſana ſemper capitur miſeratione inſanâ. Cum nuper is cujus memini *h. c. n.* 38. ad gladium damnatus eſſet, audivi ab infimæ ſortis mulierculis jactari; *nollem propter omnia mundi bona eum accuſaſſe*: & tranſeunte vehiculo quo reus ducebatur, altera quædam fœmina ut eum quaſi tueretur contra alias mulieres ejus crimina narrantes, ajebat:

Als de wagen gaet voort;
Spreeckt yder ſijn woort:

46. Et unde quæſo alias furor vulgi in carnificem, ſi peccet in lethali ictu nec primo caput præcidat? Petr. Gregorii. *lib.* 31. *ſyntagm. jur. c. ult. n.* 7. Conſtat Lubecæ uno die quinque carnifices temeritate vulgi trucidatos fuiſſe. Bernh. Zieritz. *ad nemes. Carol. art.* 97. Ut lege publicâ ei rei proſpici debuerit. *d. art.* 97. Fußknecht beſtall. zu Speyr 1570. *art.* 66. Mevius *ad Ius Lubec. lib.* 4. *tit.* 18. *art.* 1. *n.* 4. *& ſeq.*

47. Tandem ſi ajas (11) exempla eo momento valitura, quia concurrunt cum aliis validioribus rationibus & magna eorum copia uti videre apud Camerarium *d. lib.* 3. *c.* 38. Majol. & Delrio *loc. cit.* atque Lipſ. *lib.* 2. *monit. & exempl. polit. cap.* 11. *per tot.* Ant. Benbell. de Godent. *ad tit. C. Hermog. de mal. & manichæ. p.* 2. *c.* 1. *in fi.* Choppinum. 2. *monaſtic.* 3. *n.* 10.

48. Vel dicam cum Beſoldo *de præm. & pœn. c.* 5. *p.* 114. non tamen ex iis jus conſtitui oportere: nec valere conſequentiam in politicis, hoc contigit ergò tolerandum. Licet de fide exemplorum nos dubitare jubeat & ratio & Delrio *d. ſect.* 1. *verſ. hactenus in fi.* Aut hoc habe quod de cometis ſcribit Arniſæus 2. *polit.* 2. *p.* 460. Quid quod Delrio *d. l. verſ. dico* 2. eam provocationem non permittat niſi hominibus compertæ ſanctitatis. Quis hoc diſcernet? nullus ſanè magiſtratus. Quis ita comparatus? rari nantes in gurgite vaſto. *Roman.* 13. 10. *Proverb.* 24. 17.

DISPUTATIO VI.

Reſp. Joh. Henr. Goeddæo, *Saxovado Veſtofalo.*

CAPUT XXI.

Tractatur de iis qui hoc jurejurando perhorreſcentiæ declinantur & nomina jus dicentium, indagantur. Cautio *quædam proponitur & de* conſiſtoriis *atque* Senatu Academico *etiam diſſeritur.*

1 QUinam autem per hoc ſacramentum perhorreſcentiæ declinari poſſint age porro diſpiciamus. Et quidem patiuntur ſe ejerari Imperii Electores, *c.* 13. *n.* 13. cæterique Principes non tantum ſeculares *d. c.* 13. *n.* 7. 8. & 14. ſed & eccleſiaſtici, *d. c.* 13. *n.* 7. & 12. nec non alii Imperii Ordines. *d. c.* 13. *n.* 9. & 10. Intellige ſi lis eſt, de quâ ab iis ad Cameram Spirenſem vel aulicum Viennenſe judicium appellari poteſt, uti repræſentavi *c.* 16. *n.* 23.

2 Hoc tamen à me velim accipiant eurematicum litigantes qui hoc legitimo compendio gaudere geſtiunt, ut ſi Principi, quem hoc ſacramento declinare volunt, ſubjecti ſint; horroris mentione omiſsâ rem verbis temperent, ne aliàs incidant in Scyllam dum volunt vitare Charybdin. *arg.* §. 2. *I. de ſuſpect. tut. ibi; famæ patroni parcendum eſſe, licet ut ſuſpectus remotus fuerit:*

3. Horroris namque & perhorreſcentiæ vocabulum licet contumelioſum non ſit ratione ejus contra quem profertur, & ſic cape dicta *c.* 3. *n.* 1. & 19. *c.* 13. *n.* 16. ejuſmodi tamen eſſe videtur, ſi eum qui id allegat ſpectamus, pertinet enim ad odium. *c.* 1. *n.* 10. ſed ſcriptum eſt; *Principi populi tui non maledices: Actor.* 23. 5. Et aliàs incurrerent in pœnam contemtæ honeſtatis publicæ ſeu naturalis rationis, quæ dictat aliquarum perſonarum diſcrimen eſſe habendum, uti diſſerit Mynſing. *ad* §. *pœnales. I. de action. n.* 41.

4. Principes enim Imperii in majeſtatis ſocietatem recepti, ut docui *c.* 10. *n.* 5. & ratione ſibi ſubjectorum tantam poteſtatem imò ferè majorem habent quàm Imperator in imperio, Carpzov. *ad L. Reg. German. c.* 1. *ſect.* 13. *per tot.* Cl. Eyben, *tract. ſing.* iiſque

ideò homagium die lands huldigung præſtatur. Wehner. *obſ. pract.* & Beſold. *theſ. pract. eod. verbo.* Non minorem ergò reverentiam iis exhiberi oportebit, quàm regibus aliiſque ſummis principibus, atque ideò Spiræ tantum provocantes hoc allegent ſe jurejurando velle teſtari quod non ſperent æquum jus ſibi dictum iri. *arg. d. §. 2. & l. 11. §. 1. ff. de dolo malo.*

5. Hoc jurejurando integra quoque collegia, quorum præſides etiam principes ſunt, rejiciuntur & totus etiam Senatus per noſtrum ſacramentum declinatur, uti promtum videre in exemplis *c. 13. n. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. c. 14. n. 1. 4. & 7.* Quod jure licito fit; *c. 4. x. de foro comp.* ſi vel omnia & ſingula ejus membra vel tot te horrificent, ut juſtus non ſuperſit numerus, qui moribus ad finiendas lites deſideratur. Sanchez. *tom. 2. lib. 6. conſil. moral. c. 8. dub. 3. n. 10.*

6. Tunc etiam id uſurpari poſſe, ſi is ſaltem ſuſpectus ſit aut terrificet, cui cæteri non ſint facilè oblocuturi, docent Decian. *1. conſil 26. n. 3. & ſeq.* Menoch. *conſ. 94. n. 5.* poſt multos Zanger. *de except. p. 2. c 4. n. 17.* Ummius *diſp. ad proceſſ. 1. n. 56.* Carpzov. *proceſſ. jur. tit 3. art. 4. n. 87.* & Mevius *1. decis. 194. n. 4.* Quod tamen nec theoriæ nec praxi conveniens eſſe, rectè cenſet Vultejus *de judic. d. c. 7. n. 208.*

7. Horrorem ergò ideò potius depellere ſtudeas. Quid enim ſi Princeps ſcire vellet cauſam? ei obtemperandum eſſet. Felin. Sandeus *ad c. 4. x. ut lite non cont. n. 13.* Sacrilegii autem inſtar haberetur, ſi ob unius ſuſpicionem dubitare velles de cæteris. *arg. l. 3. C. de crim ſacril.* Quare ſi legitimus numerus judicum adhuc ſupereſſet *in groſſis & magnis emendis* condemnandus fores, uti loquitur & tam Tholoſæ quàm Burdigalæ accidiſſe narrat Boërius. *decis. 269. n. 4.* Memini etiam Tremoniæ ante aliquot annos ejerationem denegatam fuiſſe ei, qui totum Senatum ampliſſimum rejicere volebat ideò quod Conſul ſibi ſuſpectus eſſet, *in cauſâ* D. N. contra D. E.

8. Cauſaberis, ſcio, tuum horrorem. Sed ſcias tibi datam eſſe
ratio-

rationem ut vinceres animi affectiones, quas vulgò *paſſiones* vocant. Senault *de l'uſage de paſſions tr.* 3. *diſc.* 4. Pelle ergò horrorem quem de toto collegio ideò ſentis vel potius concipis. Neque enim ſi is, quem tu perhorreſcis, abſit, tibi metuendum, ſed potius credere debes, omnes bonos æquoſque fore rerum arbitros. *arg. l.* 51. *ff. pro ſoc. l.* 4. *l.* 17. *§.* 6. *ff. de recept. arbitr.*

9. Omnes præterea ejerari vel recuſari poſſe, quibus judicandi poteſtas data dixi. *c.* 2. *n.* 24. Variè autem hac tempeſtate appellantur. *Ius Omland. lib.* 1. *art.* 1. Alſmen in deſen boecke ſpreecht van den Richteren / ſalmen dat verſtaen in't *generael* van den Redgeren / Grietmannen / Lanck-richters oft Over-richters ende Buyr-richters / ende van anders niemand:

10. Qui in Cliviâ, Gelriâ & Marcæ comitatu dicuntur Richters / illi in Omlandiâ vocantur Redgeren: quod deſcendit à redden vel Germ. retten & erretten / atque latinè ſignificat *explicare* ac *liberare*. Judicis enim officium eſt nodos litium ſecare & à calumniis homines rerumque vexatione liberare, adeò ut Redger dictus quaſi redder / ſervator & vindex. Kilian. *diction. lit. R. d. verb.*

11. Ubbo Emmius vir celeberr. & Academiæ hujus rector magnificus primus, *de agro. Friſ. p.* 26. ſcribit Grietmannen nil aliud eſſe quam judices. Sic autem appellantur in parte Omlandiæ occidentali quæ confinis eſt Friſonibus, à quibus id verbum tractum. An à gericht / an verò à *great* quod iſti genti & Anglis eſt groot? Prius placet Nobiliſſ. D. conſuli Tiaſſeno *libro cui tit.. warſs-gerichten. cap.* 5.

12. Addam & hoc quod videri poſſit ab Anglo-Saxonico *Grith*, quo pax ſignificatur, Roger. de Hoveden. *annal. Angl. part. poſt. ſub Henr. II. fol.* 607. *in fi.* deductum eſſe. Unde fortaſſis *Griet* Cliviæ oppidum & aliud *Grietbuyſen*, quo & venit Friſiæ Orientalis municipium, originem habent. Nec mirere nam Anglo-Saxones multa verba non tantum cum Friſiis habent communia ſed & cum inundarent provincias ad Rhenum

ſitas nomina etiam urbibus impoſuerunt, uti vel argumento ſit *Orſau*, urbs præſidio Belgico nobiliſſima. Nam *Ors* ſive *hors* Anglis eſt *equus* & *au* Saxonibus atque Germanis eſt rus vel pratum. Ut appellata ſit quaſi Peerdts-aw. Quam conjecturam firmat *caput equinum*, quod ejus ſignum eſt.

13. Idem Cl. Emmius *d. tract. p.* 28. dicit **Lanck richters** & **Over-richters** nomine quidem non autem re differre. Reperiuntur autem apud Hunſingios nec non Fivelingios ac cognoſcunt de criminibus gravioribus & capitalibus atque de controverſiis ſuper juriſdictionibus ortis. *Ius Omland. lib.* 4. *art.* 2. De aliis eorum privilegiis vide Jus Omland. *lib.* 1. *art.* 20. *&* 25.

14. Sequuntur **Buyr richters**: ſic dicti quod inter vicinos cognoſcant de levioribus cauſis, veluti de ponticulis, foſſis, aggeribus obliquis, & emiſſariis, uti ab ampliſſimo ordine *Cam. Hovetman.* judicatum *in cauſâ* **Derck Roelofsen** *&* **Luitje Rijts Ciſſema.** 23. *Septembr.* 1648.

15. Verba poſtrema juris Omlandici ſunt **ende anders niemand**: ideſt *nemo aliàs nomine judicis venit:* Quod verum eſt in Omlandiâ & ratione appellationis & recuſationis. Nam aliàs etiam **Zijl-richters** / etiamque **Schepers** & **opperſte Scheppers** jus dicunt, uti videre apud D. Emmium *d. tract. p.* 29. Sed ab eorum decretis atque ſententiis nulla eſt provocatio, quare rejici nequeunt. *c.* 16. *n.* 1.

16. In Cliviâ & Gelriâ illi appellantur **Dijck-greven** ideſt *aggerum judices*, eorumque adſeſſores apud Gelros **Heym-raeden** & inde **Heem-raeden** apud Hollandos. Si plures ſint in claſſes diſtincti, hic vel ille recuſari poteſt. *Dijck-recht van Nymeg. quart. cap.* 14. *art.* 5. Inferius quoque judicium, quod in Omlandiâ **Zijl-veſt** dicitur, D. Emm. *d. p.* 29. declinari poteſt & ad ſuperius iri, quia appellationi locus. *d. Dijckrecht. art.* 1.

17. In propoſito tamen argumento aliis in locis & alii nomine judicum comprehenduntur. Ubi primò ſe exhibet tanquam dignitate ante cæteros excellens Satrapa, vernaculè **Droſt.**

Quem

Quem ab auxilio & ſolatio, quod oppreſſis adfert: quia quod nunc dicimus trooſt / id Otfridus *droſt* dicere ſolet; dictum putat Cl. Ant. Matthæi *de auction. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 12.

18. Alii exiſtimant id tractum à Ruſt & Wart; ſicut à d'ruſt waerder venerit *droſſart* & inde porrò *Droſt*, uti ſcribit nobiliſſ. D. Tiaſſens *libro cui titul. Zegelrechten. cap.* 30. & Cl. Picard. *antiquit. cap.* 30. Quæ conjectio firmatur inde quod ſynonima ferè ſint Grietman apud Friſios Omlandoſque Occidentales atque Droſt in vetere præfecturâ nec non agro Weſtwoldano. Dixi autem iſtum à pace nomen videri accepiſſe *h. c. n.* 12. Et Angli, cum quibus olim maximum fuit commercium ſermonis, adhuc in hanc diem habent magiſtratum quem vocant *Iuſticer of peace*.

19. Idem ſignificat vox Ambtman in Germaniâ inferiore. Amman hic in territorio Selwerdiano & eo cui nomen Clenp-Oldampt nec non Bataviâ Gelrorum feraciſſimâ terrâ. Quæ derivatur ab ambt & acht / ac notat munus cum auctoritate conjunctum. Beſold. *theſ. pract. lit A. n.* 55. Lindenbrog. *in gloſſ. verb. ambaſcia*. Eo nomine Principes appellant Satrapas ſi vel ipſi vel eorum *cancellariæ* ad eos ſcribant, qui tamen vulgò Droſten audiunt. Licet in Friſiâ orientali hoc poſtremum à priore differat uti in Cliviâ & Marcâ Droſt à Richter / & Clivis Amman nominetur rerum ad pauperes pertinentium quæſtor & curator.

20. Quod verò illi quos *Satrapas* communiter appellamus recuſare poſſimus ob ſuſpicionem, traditum eſt in jure TransHal. *p* 1. *tit.* 1. *art.* 1. quodque hoc juramento perhorreſcentiæ rejici queant ejus rei nonnulla novi exempla quæ in provinciâ Marcanâ contigerunt. Olim enim id evenit T. von der R. Droſt zu W. & D. S. Droſten zu B. quorum iſte ejeratus fuit à nobili K. zur B. und G. hic verò per Baronem à S. Ante paucos annos idem accidit D. *de* R. Droſt zum H. ante annum memorato D. S. Satrapæ B. declinante eum nobili aliquo, cui nomen B.

21. Quâ in re tamen obſervandum eſt ejerare cupienti, ut videat an is Satrapa ſit præſes ſummi tribunalis à quo nulla eſt pro-

vocatio, veluti in Drenthiâ? Nam tunc non tam facilè rejici poteſt, ex traditis *c.6.n.* 38. *& c.* 18. *n.6.* Præterea quod licet is ſuſpectus tibi videretur, rejicere tamen non potes ex iis quæ dixi *h.c.n.7.* ejus adſeſſores, quos ibi **Etten** appellant.

22. Etiamſi autem Satrapæ in Cliviâ & Marcâ prohibeantur ſe immiſcere cauſarum tàm extrajudicialium quàm judicialium cognitioni, per edictum Principis Electoris nomine editum 31. *Iulii* 1665. atque ita ejeratione & hoc ſacramento non opus eſſe videri poſſit, obtinuit tamen ut de cauſis nonnullis jus dicant vel ut delegati conſtituantur judices, daß eine *commiſſion* auff ſie werde außgebracht. Vide Ordn. *Ducis Cliv. Iul. Wilhelmi* von Amtluiden *tit.*1.17. *& ſeq. impreſſ. Colon.* 1560. *apud hered. Arn. Birckmans.*

23. Judicum nomine qui porrò veniant traditur in Jure Julio & Mont. *cap.*2. *pr. ibi.* der Richter / welcher ahn etlichen orten der Vogt / an etlichen Schultiß / ahn etlichen aber der dinger genand wird: Primum Vogt ita quoque in Colonienſi ditione uſurpatur, Chur Coln. Rechts-Ordn. *præfat.* & ſignificat præfectum, inde metallicæ rei præfectus Bergvogt / quique eccleſiaſticæ rei curam habet **kerckvoogt** / & tutor honorarius hic **voogd** audit. *Statut. Groning. lib.* 2. *c.*21. *Ius Omland. lib.*3. *art.*24. *& ſeq. Oldampt. lib.* 2. *art.* 26. *&* 27. De hâc voce plurima tradit Speidel *in ſpecul. lit. V. n.* 170. Wehner. *d. verb.* Beſold. *th. pract. lit. V. n.*70. Quanquam in provinciâ Marcanâ & vicino territorio Bellingwoldano non jus dicens ſed litium executor hoc verbo veniat.

24. Alterum Schultheis rectius pronuntiatur, derivatur enim à ſchulden heiſchen; Belgis **ſchulden heeten** ideſt *jubere*: Unde barbarum *Schultetus* & *Sculdhaiſius*: Voſſius *de vitiis ſerm. lat. lib.* 2. *c.* 17. Wehner. *obſ. pract. h. verb.* Beſold. *lit. S. n.* 51. & jam quaſi vernaculum Schultes / & **Scholtet** / apud Tencteros **Scholte.** Licet apud hos tantam cognitionem non habeat ut in Germaniâ inferiore, ſed leviores tantum cauſas tractet, in quibus tamen ob ſuſpicionem recuſari poteſt. *arg. Landrecht van Veluwe. c.* 20. *art.* 30. In Veſtofaliâ primarii villici etiam dicuntur Schulten & villæ principes Schulten-höve.

25. Pro-

25. Prodit jam Dinger. Vox hæc nemini ignota eſſe poteſt. Eſt enim dingen/ *judicare*: Wehner, Beſold. Rudinger. Kilian. & Speidel *in d. verb.* Inde Göding / Loting / Dingſpil / & Holding atque Dings-dagh. D. Picardt. *d. libro c.29. in fi.* Ubi Go-ting rectè vertit Land-gericht. Nam gaw Germanis antiquis eſt land. Andr. Knichen. *de jure ſuperior. c 4. n.* 176. Wehner. & Speidel. *verb. eod.* Pro quo Belgæ dixerunt go: A quo & go-ſpraecke apud Tencteros & 't go-recht hic, nec non Ooſter-go/ Weſter-go / Hunſin go / Fivelin-go / nomina acceperunt, atque ab eo derivatur gogreve quaſi diceres land-richter. Quod nomen Steinfurti & in Monaſterienſi provinciâ atque paſſim totâ Veſtofaliâ judici datur, & ideò in hac materiâ etiam uſum habet atque ejerari poteſt. Vid. Rudinger. *cent.* 2. *obſerv.* 84.

26. Idem judica omninò de eo qui alibi hogreve appellatur, veluti Ludenſchedæ & Altenæ in comitatu Marcæ. Is idem mihi videtur eſſe cum eo qui in Omlandiâ Lanck-richter vel Over-richter vocatur, de quo egi *h. c. n.* 13. Ille enim Ludenſchedius provocatur ab inferioribus judiciis antequam ad provinciale dicaſterium quod Clivis eſt eatur. Clev. Marck. Landt. abſcheid. 1660. §. und weil. Ubi tamen video eum dici gogreve: quod etiam tolerari poteſt.

27. Vox enim greve judicem ſignificat, uti compoſita oſtendunt vocabula; Borg-greve Neomagi in Gelriâ, Wart-greve in Cliviâ, ideſt judex qui de inſulis diſceptat, ubi & habent præter Dijck-greve/ de quo *h. c. n.* 16. præfectum ſylvæ, quem Waldgreve appellant: Clev. Jagt. Wald. Ordn. *proœm. in fi.* Freygreve Tremoniæ. Quos omnes hoc ſacramento rejici poſſe non ambigitur. *arg. c.* 2. *n.* 24.

28. In judicum cenſum hic etiam tranſcribas eum qui Haves-Schultes audit *in Reform.* havesrechten Stifts Eſſen. 1454. *art.* 3. & 11. Eſt autem is judex qui de jure boniſque colonorum ſervilium cognoſcit & ab eo provocatur *Abbatiſſa* ſive Princeps Eſſendienſis, quæ ſe ideò Ober-Schultinne vocat, uti vidi ex inſtrumento

mento *amanuationis* ab Irmgarde Diepholdiæ Comite & Abbatiſsâ dato Leonh. Peckelhering *anno* 1562. quod inſertum erat actis, quæ mihi adhuc Duisburgi docenti decidenda erant miſſa.

29. Huic planè ſimilis eſt qui havesrichter appellatur *in tit. 3. ſtatut.* des haves tho Hanſelaer ditionis Cliviæ, vel etiam hofrichter uti eſt in Santens biſchop hofsrecht *lib. 1. c. 2. & 3.* Cum verò coloni iſti ſerviles variè atque etiam Laten dicantur uti pleniſſimè docui *in tract. de jure in re & ad rem c. 5. & 6. per tot.* conſtat eos qui Moërſæ atque alibi Laten richters ſive barbarè *Latonici* judices audiunt, hic quoque comprehendi. *arg. l. 99. ff. de V. S.*

30. Judices eccleſiaſticos per ſacramentum perhorreſcentiæ declinari poſſe, cavetur *noſtro c. ſtatutum. §. cum verò. de reſcript. in 6.* Quod tamen hodiè apud eos qui reformatam vel Auguſtanam religionem profitentur, non aliter verum, quàm ſi de inferiore aliquo conſiſtorio, à quo ad Principem vel eos quibus jura Epiſcopi competunt, provocari poſſit, ſit ſermò, Matth. Stephani *de juriſd. lib. 3 p. 1. c. 1. n. 33. & 34.* Vide Clev. Marck. Kirchen Ordn. *art. 72. & ſeq.* & Mevium 2. *deciſ. 364. per tot.*

31. Si verò rem habeas coram Senatu eccleſiaſtico vel conſiſtorio, quod nomine Principis vel cujuſcunque Imperi *Status* in Germaniâ jus dicit, tunc id ejerare non potes. Nam & cauſæ quarum ei cognitio data vix admittunt, ut ad Cameram Spirenſem rejiciantur, atque juriſdictio ea eccleſiaſtica Imperii Ordinibus ex lege fœderis & pacto ſolis data. *Inſtrum. pac. Cæſar-Suecic. art. 5. Oſnabrug.* 1648. Laurent. Ohm. *de jure Epiſcop. concl. 20. lit. C.* Carpzov. *Iuriſpr. eccleſ. lib. 1. tit. 1. def. 2. n. 6.* Severin. de Monzambano *de ſtatu imper. c. 5. §. 10. & 12.*

31. Cave autem ne cum iſtis præsbiteriis vel KirchenRähten miſceas *claſſes* & *ſynodos*. Nam hæ etiamſi *generales* ſint, tamen juriſdictionem non habent. Sic cum anno præterito à ſynodo generali, quæ Duisburgi in Clivis ex cunctis ei loco vicinis provinciis in unum coierat, *Suſpenſio ab officio* decreta eſſet non uni eccleſiæ miniſtro, eam tamen Principes poſteà valdè improbarunt,

rati ne-

nemini niſi ſibi ſuiſque regiminibus illuſtribus vel conſiſtoriis provincialibus ſupremis ejus rei diſceptationem & cognitionem deberi. *c. tuarum.* 11. *x. de priv & exceſſ.* Carpzov. *d. tit.* 1. *def.* 4. *n.* 9. uti nominatim continetur Clev. Marck. Kirchen Ordn. *art.* 18.

33. Illa autem conſiſtoria aliquando etiam adſeſſores habent eccleſiarum miniſtros & paſtores, veluti is mos eſt Embdæ. Quæ civitas & eo gaudet privilegio, ut ſi lis ſit ſuis civibus de matrimonio vel aliâ re ad conſiſtorium ſupremum rejectâ, ejus adſeſſores Embdam veniant & cum duobus ex iis quos magiſtratus ex ſuo corpore eligit atque uno verbi divini præcone, judicent & ſententiam ferant, uti 13. *febr. bujus anni* 1669. accidit in lite, de qua conſultus reſpondi.

34. Academicum ſenatum etiam recuſari poſſe, noviſſimè tradit Andr. Mendo Jeſuita *de jure Academ. lib.* 1. *q.* 29. *n.* 540. Qui hoc pro ratione allegat, quod illi tantum declinari nequeant de quibus præſumitur, quod nemini iniquum jus dicent, veluti ſunt Principes. *c.* 17. *n.* 19. Rectius id inde arceſſas quod à profeſſoribus appellari poſſit etiam hic Groningæ, quodque juriſdictio eorum ſit ordinaria. Petr. Barboſa *ad l.* 12. *§.* 1. *ff. de judic. n.* 45.

55. De adſeſſoribus judicum porrò videamus. Ubi ante cæteros occurrunt illi qui in Germaniæ municipiis ſive civitatibus Principibus parentibus etiam vocantur Burgermeiſter und Raht; nam in locum duum virorum & decurionum eos veniſſe ſcribit Weſenbec. 1. *conſil.* 40. *n.* 52. *&* 53. & prætorum vel judicum multis in locis adſeſſores ſunt; quanquam Clivis, Veſaliæ & Duisburgi ſoli de litibus cognoſcant, uti dixi *c.* 6. *n.* 16. & alibi ubi eorum dignitas minor notionem tamen de levioribus cauſis exerceant. Zahn. *Ichnogr. municip. c.* 7. *n.* 2. *& ſeq.*

36. Hos ſequantur, qui Germanis Scheffen & Belgis Schepenen dicuntur, & ubique adſeſſorum munere funguntur, de quibus præfatus *c.* 6. *n.* 42. & eruditè agit D. Nic. Sellius *Veſal. obſeq. p.* 26. Quibus junguntur Churgenoßen *in* Munſter. Landger. Ordn. 1571. *part.* 1. *c.* 1. *pr.* Gelris aliiſque Belgis Coƞno-

ten. *Lantrecht van Zuephen, tit.* 1. *art.* 2. *OverIſſel. p.* 2. *tit.* 26. *art* 1. Quorum etiam uſus eſt in Drenthiâ, ſi *Schultetus* de rerum vindicationibus diſceptet, iiſque duo adjunguntur quos Seeckere vocant, ſi res deſideret een vollen rocht / ideſt *plenum judicium.* Nam poſtrema vox à Friſico riocht / ideſt recht. Vide formulam apud D. Ubb. Emmium *hiſtor. Friſ. lib.* 32. *p. mihi.* 82.

37. Aliàs in Drenthiâ ſupremi dicaſterii adſeſſores appellantur Etten / *h. c. n.* 20. An ſic dicti à be-eedten? nam in his oris primas ſyllabas ſœpè non pronuntiant. Sic ghy loven pro ghy beloven: & ſwoozene meente pro geſwoozene gemeente. Vel an à Schultet omiſſâ voce Schuld dixerunt Ett? Neutrum placet Grotio *lib.* 2. *Introduct. p.* 28. *§. die den.* ubi ab *Azigen* id trahit atque ita à Friſonibus judices appellatos oſtendit, quod prætereà probo ex *Iure Friſ. Orient. lib.* 1. foër 17. *ibi*; de gemeine Frieſen plegen to dedingen nae A'egadoem: ideſt ad judicis ſententiam, hanc enim ſignificat doem. *Ius Omland. lib.* 1. *art.* 29.

37. Adſeſſores etiam alibi veniunt appellatione generis gerichts-luyden / *Conſuet. Velav. cap.* 21. *art.* 3. etiam ſimpliciter geſchworen. *Ius Iul. Montan. proœm.* In agro Eſſendienſi hoebs geſchworene / in Cliviâ haeves Scheven. *Statut. villæ Hanſel. tit.* 4. verkaerene Erflaeten. *Ius Santenſis villa. lib.* 3. *c.* 1. Hi tamen poſtremi de colonorum ſervilium bonis judicant uti dixi *h. c. n.* 28.

CAPUT XXII.

Ediſſertatur de *Judicis* adjuncto *& inquiritur an* notarius, comiſſarius, ſecretarius, executor litis, nuntius, arbitrator vel æſtimator *recuſari poſſint? Jus* ſigillandi *nobilibus adſertum.*

1 NOn autem ſolùm judices eorumque adſeſſores ſed & alii ſunt qui hoc juramento perhorreſcentiæ rejici poſſunt. De *adjuncto* id docet Joh. Aloys. Riccius *decis. part.* 5. *collect.* 1526.

2, Id tamen verum non eſt, quod ordinario ejerato lis coram ejus adjutore, qui in Cliviâ & Marcâ judici hodiè frequenter adjungitur atque ideò *adjunctus* vel *adjunct*irter Richter appellatur, lis tractari non debeat. Nam in hoc ratio utraque tàm ea quæ ab adver-

adverſarii potentiâ quam altera à perſonâ judicis ceſſare poteſt, idque docent Baldus *ad l. un. C. ſi quac. præd. pot.* Jaſon. *in l. apertiſſimi. C. de judic. n. 9.* Maſcard. *de probat. vol. 2. concl. 953. vel ut in al. edit. 954. n. 44.* Gregor. Lopez. *ad Ius Hiſpan. p. 3. tit. 4. l. 22. lit.* K. Aug. Barboſa *ad d. l. un. n. 6. & 7.*

3. Quod tamen officium ſuum perdet, ſi perhorreſcas non judicis perſonam ſed tribunal, idque ideò quod locus non ſit tutus. Quod fortè ſenſit Joan. de Imolâ *in c. inſinuante de offic. deleg.* adducens hanc rationem, quia idem cenſetur tribunal utriuſque. *c. Romana in pr. de appellat.* apud Jaſon. *d. n. 9* & Maſcard. *d. concl. n. ult.* Fallit tamen iterum ſi in ſuis ædibus ſinguli vel non in uno loco cauſas cognoſcerent, uti id in nonnullis locis fieri, me vidiſſe benè memini.

4. Notarium etiam recuſari poſſe poſt Niconit. & Gratian. tradunt Marius Giurba *conſil. crim. 38. n. 21.* & Maſuer. citatus *h. c. n. 6.* Operam hanc, quod nullius ſit præjudicii res, reddit Delrio *ad l. 16. C. de judic.* In provinciâ Groninganâ & Omlandicâ non quidem hæc vox ignota, nam notarium vocant quem alibi *copiiſtam* dicunt, ſed res tamen ipſa ibi non eſt in uſu. Non enim habent notarios ſed cuncti nobiles jus *ſigillandi* exercent eorumque ſignaculis firmata inſtrumenta tanquam publicè confecta pleniſſimè probant. Vid. *Ius Omland. lib. 3 art. 42. & lib. 7. art. 50.*

5. Nec eſt quod mireris, cum & paſtoribus eccleſiarum in vetere præfectura id jus datum ſit ſi coram iis teſtamenta condantur, *Oldämpſt. Landrecht. lib. 3. art. 72.* & indiſtinctè omnia inſtrumenta nobilium ſignaculis firmata pro publicis documentis ex conſuetudine Germaniæ juriſque ratione habenda eſſe cenſeat Joh. Goeddæus *vol. 1. conſil. Marpurg. 28. n. 34. & ſeq.* Schrader. 2. *conſil. 32. n. 36.* Hunnius *encyclop. jur. part. 2. tit. 18. cap. 1. n. 32.*

6. Quod autem de notario dixi, hoc non ita accipe ac ſi hoc ſacramento rejicere poſſis inſtrumentum ab eo confectum, Carpzov. *proceſſ. jur. tit. 2. art. 3. n. 67. & ſeq.* ſed quod eum, ſi nota-

rius actorum, uti vocatur à Gilhauſen *arb. jud. civ. c.6. p.2. art.1. n.69.* vel *commiſſario* vulgò dicto & vel ad teſtium examen vel inſpectionem rei dato, adjunctus ſit, de quo adi Rulandt. *de commiſſar.* Maſuer. *ad Petr. de Ferr. tit. forma decl. juriſd. §. ration. n.1.*

7. Nam ſolo jurejurando vel ipſum commiſſarium rejici poſſe docet Marius Muta *ad conſuet. Panborm. c.53. n.27.* ubi citat Felinum, Alexandrum & Anchoranum, & exempla novi, in quibus contigit *commiſſarios* per ſacramentum perhorreſcentiæ declinatos fuiſſe. Adi *c.21. n.19. & 21.* Beſold *de proceſſ. c.3. n.3.*

8. De cunctis qui ab actis ſunt judicibus idem adfirmat Muta *d. n.27.* Variè autem appellantur, veluti *Secretarii, Graphiarii, Protonotarii,* Landſchreyberß / Ambt und Gerichtſchreiber. Ubi primò obſervandum quod munus eorum qui ab arcanis & epiſtolis ſunt, apud Gallos & Belgas in majore precio & exiſtimatione habeatur, adeò ut multis in locis *deliberativo* ſic dicto voto gaudeant & etiam litis inſtructio atque relatio iis à magiſtratibus atque judicibus mandari ſoleat.

9. Deinde quod probè dividendum ſit, an ſupremis tribunalibus à ſecretis ſint an verò inferioribus judiciis? Ut hoc caſu facilius quàm iſto & in agris facilius quàm in civitatibus admittatur recuſatio, ex ratione allegata *c.6. n.25. & 38.*

10. Imò nullo caſu eos rejici poſſe, ſi objicias ex dictis *c.6. n. ult.* tunc reſpondebo quod te non oporteat jus civile vel ejus interpretem calumniari. *arg. l. pen. ff. ad exhibend.* Nam ea verba, *quid faciat oculus contra totum corpus?* ſic capienda, quod ſi is qui ab actis eſt ipſe nil contra te fecerit nec apud te ſuſpicio ſit eum ideò tibi malè velle, vereri non debeas quod in gratiam ejus judex contra te ſit pronuntiaturus. *d. c.6. n. ult.*

11. Cæterùm ſi is ipſe vel ſordibus ab adverſario corruptus vel cum eo de parte litis pactus eſſet, aut conſilio eum juviſſet, tunc ab officio removebitur. *Inſtruct. cam. Hovetman. art.* 103. Ad quod tamen non progrediendum niſi id liquidò fuerit probatum. *l. fi. C. de probat.*

12. Ubi

12. Ubi autem hoc juramentum perhorreſcentiæ in uſu eſt vel eſſe debet atque poteſt, ibi ex doctrinâ Giurbæ & Mutæ per illud rejici queunt ab eo, qui eos ſuſpectos habet eorumque famæ ac bonis parcere mavult ſecundum ea quæ ſcripſi *c.* 2. *n.* 30. *&* *c.* 4. *n. ult.* Audi enim quid D. Joh. Frid. Omphal Fiſcus Marcanus *de lit. remed. p.* 108. ſcribit: *Scriba vel notarius cauſæ oculus eſt judicii, qui ſi nequam, quid inde quàm juſtitiæ tenebræ? Vidi & memini; qui id volente Satrapa cauſæ commiſſario prothocollo quid falſi inſerebat: & quod inſecutum, id ſuos læſerit detrimentum:*

13. Executores autem, qui appellantur vel ſimpliciter Dienaers/ Cammer und gerichtsbotten/ Pedellen/ Deur-waerders Gerichtspedellen alibi, nec non frohnen/ vogden/ *c.* 21. *n.* 23. *in fi.* etiamque Richters botten/ Koepdraegers & in Omlandiâ Wedmannen/ hoc jurejurando rejici nequeunt, quia ab executione non appellatur. *l.* 5. C *quor. appell. non recip.* Coler. *de proceſſ. execut. p.* 4. *c.* 2. *n.* 33. Carpzov. *proceſſ. jur. tit.* 18. *art.* 2. *n.* 17. *& ſeq.* Pedellos autem ab Anglica voce *to bid*, quæ ſignificat, monere dictos ridiculè exiſtimat Iſac. Wake *rex Platon. p.* 9. *in not.* rectius à *pedibus* vel *pedo*, quod geſtant ſive baculo; à quo & Gelrorum Koepdraegers/ *in Ord. proced. Arnb. art.* 1. Frohn autem eſt à frohnen ideſt cogere, uti poſt alios Speidel *in ſpecul. lit. F. n* 98.

15. Et Wedman/ cujus meminit paſſim Jus Omlandicum *lib.* 1. *art.* 10. *& ſeq.* trahitur à wedde. Quid autem id ſit explicatur *in Statut. Clivens. tit.* 85. his verbis; Wedde heitet alſo voel als wee doen/ want hier mede doet men wee den ontuchtigen/ op dat ſy dat wee doen vruchten/ und ſich hueden vor untucht und den gerichte gehorſamb ſijn:

16. Si verò executor litis vel ante tempus pignora capere vellet, aut mandati fines non diligenter cuſtodiret modumque in executione excederet, recuſari poſſet, quia tunc provocationi locus eſt, *arg. Iur. Omland. lib.* 1. *art.* 14. *ibi*; ſoo veele u bevel: uti multis docet argumentis Sigiſm. Scaccia *de appellat. q.* 17. *limit.* 10. *n.* 28. *& ſeq.* Caſp. Klock. *de contribut. c.* 18. *n.* 47. Chriſtinæ

ſtinæ. *vol.6. deciſ. 92. n.* 30. Carpzov. *d. art. n.*24. *& ſeq.* Et hoc caſu ad mandantem judicem ibitur. Scaccia *d. limit.* 10. *n.* 67.

17. Cum verò nuntii relationi plena fides habeatur, donec contrarium probetur. R. A. zu Speyr. 1600. §. demnach auch. *Ord. cam. Spir. p.* 1. *tit.* 36. *pr. Statut. Hamburg. p.* 1. *tit.* 13. *art.* 5. *in fi.* uti à Camerâ Hovetman. judicatum *in cauſâ* Hedger Tiaden en Arent Berents 27. *Octob.* 1640. & ſcribunt Seraph. Olivar. Razzal. *p.* 1. *deciſ. rotæ Rom.* 1123. *n.* 3. Finckelthaus *obſ.* 63. *n.* 1. *&* 14. Berlich. *p.* 1. *concl. pract.* 36. *n.* 70. Wolfg. Adam Lauterbach. *de nuntio. th.* 58. *n.* 2.

18. Accidere autem cum poſſet quod is ſuſpectus tibi eſſet atque perhorreſceres, ne in gratiam tui adverſarii vel ex odio contra te non rectè renuntiaret, putarem hoc jurejurando eum rejiposſe. *arg. l.* 3. *C. de ſportul. & Ord. cam. d. tit.* 36. *pr.* Brunneman. *ad d. l.* 3. Ubi dicitur quod ſi negligens, infidelis & inidoneus deprehendatur, ab officio removeri queat. Cur ergò non recuſari ex cauſâ quam vel probare non potes vel nolis, ſed ejus fortunæ & exiſtimationi magis conſultum cupis? *arg. c.* 2. *n.* 27. *& ſeq. & c.* 3. *n. ult.*

19. Atqui fides ejus publicè eſt electa & jurejurando confirmata? *Ius Omland. lib.* 1. *art.* 14. *&* 16. *Oldampt.* 1. *art.* 17. *Stat. Clivenſ. tit.* 13. Mynſing. 6. *obſ.* 10. *n.* 7. Gail. 1. *obſ* 54. *n.* 5. Gratian. 4. *diſcept. for c.* 697. *n.* 3. Lauterbach. *d. l. n.* 4. Sed an non judicis fides etiam publicè electa & ſacramento firmata? *Ius Omland. lib.* 1. *art.* 9. *Oldampt. lib.* 1. *art.* 5. *&* 10. *Inſtruct. Cam. art.* 2. *Keuren van Amſterdam. c.* 2. *art.* 2. *Stat. Clivenſ. tit.* 9. 10. *&* 15. Oſtfr. Hofg. Ordn. *tit.* 9. Si ergò is hoc juramento declinatur cum tamen ejus major auctoritas atque dignitas, cur non nuntius. *arg. l.* 21. *ff. de R. I.*

23. De *arbitratore* vel *æſtimatore* quid ſtatuemus porrò? Johan. Cephalus reſpondit eum recuſari non poſſe ſive à judice datus, ſive à partibus electus ſit. *lib.* 5. *conſil.* 750. *n.* 5. *& ſeq.* Ego verò diſtinguo, an à judice conſtitutus an verò liberâ partium volun-

tate?

tate? Ut priore caſu ſolo jurejurando declinari, *arg. l. 16. C. de judic.* hoc verò non niſi liquidà probatione novam cauſam ſuſpicionis ſcil. ſuperveniſſe rejici queat. *arg. l. 9. ff. de neg. geſt. auth. offeratur. C. de lit. cont.* uti in termin. terminant. Alvar. Valaſcus *in praxi partit. & collat. c. 9. n. 32. & 33.*

21. Non obſtat ratio, quod factum judicis cenſeatur factum partis, propoſita à Cephalo. *d. conſ. n. 8.* Nam diverſa utriuſque ratio. Valaſc. *d. c. 9. n. 23.* Quodque Cephalus *d. l. n. 19.* dicit aliam eſſe rationem judicum, cum multi reperiri poſſint, id autem fallere in æſtimatoribus, id non curandum. Si enim in eo loco non ſint idonei ex vicinis civitatibus honeſtiſſimum quemque inquirant. *arg. l. 24. ff. de tutor. dat.*

CAPUT XXIII.

Supplicem libellum *offert perhorreſcens, cujus* formula *adducitur, & demonſtratur ab appellatione differre.*

1 PErhorreſcens autem quem ordinem obſervare debeat, nunc tractandum eſt. Is autem magiſtratui rem exponere debet ſcripto, uti fit in Germaniâ & requirit Joan. Ant. Maſuer. *ad Ferrar. pract. tit. form. declin. juriſd. §. rationib.* Barboſa *ad l. 14. C. de judic. n. 10. & ad l. fi. C. eod n. 4.* Hoc caſu tamen non opus eſt libello ſed ſupplicatio ſufficit, uti conlegere eſt ex traditis à Petro Fridero Mind. *de proceſſ. lib. 1. c. 2. n. 1. & ſeq.*

2. Formulæ, cujus uſus eſt in ſupremo tribunali Spirenſi, concepta verba hæc habe. Ejus autem hic eſt titulus; Unterthänigſt erbiethen und bitt *pro admiſſione ad præſtationem juramenti perhorreſcentiæ & deinde decernendo petito mandato cum annexâ citatione ſolitâ,* in ſachen Fr. A. M. von M. Fr. zu S. contra Fr. M. von N. Wittib. von den B. zur H. *Exhib. 20. Maji 1668.*

3. Supplicatio ſic habet. Durchleuchtigſter Furſt / Röm. Kayſ. May. Cammer-Richter / gnädigſter herr;

Ew. Furſtl. Durchl. geruhen gned. ſich zu errinneren / welcher geſtalt in vörigen *ſupplicationibus* vorgebracht / wie daß ſeine fraw *principalin* beſtendig da fur hielt / daß ſie ahn dem Furſtl. N. hoffgeriche

richt oder einigem anderen gericht / ſo Jhro Fürſtl. Durchl. P. N. zu beſtellen / unpartheyſch recht zu erlangen nicht getrawe; Zu welchem end ſie dan auch mit rechter wiſſenſchafft und wohlbedachtem muth / einen *ſpecial* gewaldt / *ad præſtandum juramentum perhorreſcentia* gefertiget / der geſtalt daß ſie *in animam ſuam*, ihres reinen und unbefleckten gewiſſen abſchweren laſſen kan / das ſie anderer geſtalt nicht / dan bey dieſem höchſtem gericht / das recht zu erwerben getrawet / maſſen eß die beylag *lit. A.* gibt und außweiſt.

Vnd dieweil dan *mediante hoc juramento cauſa ad cameram Imperialem medio judice omiſſo devolvirt* werden / wie die bey dieſem höchſtem gericht ergangene *præjudicia* ſatſamb darthun; *Vid. Felinus in c. accedens. x ut lite non cont. n.* 13.

Alß thut Anwald unterthenigſt ſich erbieten das *ſolemne* wie gewöhnlich zu *præſtiren*, *quo facto* bittet Ew. Fürſtl. Durchl. gned. geruhen das hochnötiges *mandatum cum annexâ citatione ſolitâ* gn. fürſtl. zu erkennen. Daruber.

4. Hæc autem ſupplicatio differt ab appellatione, *c.* 2. *n.* 19. quare licet hæc decem dierum tempore tollatur, *auth. hodiè. C. de appellat. Ius Omland. lib.* 2. *art.* 75. ea tamen minimè tàm auguſtis finibus circumſcripta cenſeri debet. *arg. l. un. C. de ſent. præf. prat. c. anteriorum.* 2. *q.* 6. Gilhauſen. *arb. jud. civ. c.* 8. *part.* 6. *n.* 3.

5. Diverſitatis ratio hæc reddi poteſt. Quod hoc in caſu nil adhuc actum ſit; ſed ſi appellatio fiat jàm ſententiam aliudque aliquod judicis factum præceſiſſe oportet. c. 2 *n.* 21. Quare tunc citius vigilandum, nam præſumitur juſta. Menoch. 2. *conſil.* 110. *n.* 31. Tuſchus *pract. concl. lit. S. concl.* 126. *n.* 1.

6. Hoc etiam adjiciam; quod ſi contra te pronuntiatum, ſtatim ictum ſentias; ſed horrorem licet concipias, is vel initio levior eſſe poteſt, ut eum aut diſſimules aut eum non conſideret ſuperior magiſtratus, nec vires niſi ex tempore adquirat, atque ſic non niſi poſt intervallum longius hujus juramenti copia tibi permittatur, uti in exemplo memorato *h. c. n.* 3.

CAP. XXIV.

DISPUTATIO VII.

Reſp. Theodoro Arentſen, *Daventriâ-Tranſiſalano.*

CAPUT XXIV.

Superior magiſtratus *adeundus & apud eum jurandum. Aliquandò id officium perdit.* Commiſſarius *ubi ejeretur? & ad quem in* cauſis feudalibus *provocetur? Eurematicum de* inhibitione *petendâ.*

1 JUdici autem ſuperiori ad quem alias appellaretur, non autem ei qui ejeratur, ea ſupplicatio exhibenda. Jacob. Puteus. *d decis.* 279. *pr.* Joſeph. à Seſſe *d. dec.* 117. *n.* 40. Cum nemo ſibi imperare nec ſe prohibere poſſit. *l.* 51. *ff. de recept. arbitr.* Is autem qui ejerato major eſt eum cogere poteſt ne ad ulteriora progrediatur. *arg l.* 1. *§.* 3. *ff. de appellat.*

2. Etiamſi autem cauſam recuſationis coram judice recuſato proponendam eſſe doceat Aufrerius *de recuſat. n.* 3. id minimè adverſatur, quia inter hæc duo diſparitas eſt, *c.* 3. *n.* 1. *& ſeq.* & ea Aufrerii opinio generali conſuetudine abrogata teſte Sigiſm. Scaccia *de appellat. q.* 16. *limit.* 1. *n.* 8.

3. Expreſsè id ſancitum jure Omlandico, ut ad ſuperiorem eatur, quandò agitur de recuſatione judicis ſuſpecti. *Ius Omland. lib* 1. *art* 26. *Inſtruct. cam. Hovetm. art.* 41. Optimâ ratione! Nam ſic ambages evitantur, quas arbitrorum poſtulatio & datio deſiderant. Dav. Mevius 2. *decis.* 337. *n.* 6.

4. Hoc pacto ejeratio tamen iterum differt ab exceptione fori, quâ dicitur judicem non eſſe competentem. Nam hæc prius coram ipſo judice qui declinatur, proponi debet, uti poſt Zanger. & Gail. tradit D. Mevius 1. *decis.* 131. *n.* 2.

5. Superior verò judex eſt is ad quem appellatur. Unde ſi quis paris juriſdictioni ſpontè ſe ſubjecerit, veluti ad hanc uſque diem cernitur in Duisburgo, nam inde appellatur Aquiſgranum, coram pare ejeratio fiet. *arg. l.* 13 *§.* 4. *ff. ad SC. Trebell.* Quod de Veſaliâ Cliviæ validâ civitate idem ſcribit Rulandt. *de commiſſar. p.* 4. *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 18 id hodiè non amplius obſervatur.

Q 6. Sed

6. Sed & ſi judex *commiſſarium* quem vocant, conſtituerit, isque par cum eo videri poſſit, *arg. l.* 1. *§.* 1. *ff. de off. ej. cui mand. juriſd.* rectè tamen defenditur iſtum coram judice à quo datus, ejerari poſſe. *arg. l. un. C. qui pro ſuâ juriſd. l.* 1. *pr. ff. quis à quo appell.* Rulandt. *d. tract. lib.* 6 *c.* 13. *n.* 4 *& ſeq.* Nam hodierni *commiſſarii*, quos anterioribus temporibus *delegatos* judices dixerunt, ab iis quibus olim mandata erat juriſdictio differunt. Bachov. *ad πρῶτα lib.* 2. *tit. de juriſd. mand. n.* 19.

7. Ex eo quod is pro ſuperiore habendus ad quem provocatur, præterea conlegitur, quod in cauſis feudalibus quando perhorreſcis dominum feudi & pares curiæ, eos quidem rejicere queas, Molinæus *ad conſuet. Pariſ. tit.* 1. *§.* 1. *gloſ* 4. *verb. mettre en ſa main. n.* 74. tamen non adeundus ſit is, cui ordinaria juriſdictio competit ſed ille qui dominus feudi ſuperior eſt. *arg.* 1. *F.* 22. *§.* 12. Mynſing. 5. *obſ.* 5. *n.* 2.

8. Si verò ſubfeudum non ſit, ad eum qui ordinariam juriſdictionem ſuperiorem habet vel ad provinciale tribunal provocabis. Gail. 1. *obſ.* 1. *n.* 56. *in fi.* Chriſtinæ. *vol.* 6. *decis. Belg.* 98. *n.* 11. Sed & ſi feudum ſit immediatè imperio ſubjectum, attamen non regale, tunc præventioni locum do, ſic ut tam Spiræ quàm apud Imperatorem ipſum ire & te ad hoc juramentum perhorreſcentiæ admitti, petere poſſis. D. Georg. Adam. Struve *ſyntagm. jur. feud. c.* 16. *aph.* 9. *in fi.*

9. Quando etiam dominus feudi convenitur ab extraneo, id-eſt eo qui omninò vaſallus non eſt, nec ſe ratione rei controverſæ vaſallum fatetur, tunc coram ordinario judice ea lis tractanda neque hic ejeratione opus eſt per ea quæ docet Vultej. *de feud. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 13. quem ſequitur Carpzov. *de feud. diſp.* 10. *th.* 16. In hac provinciâ Groning. Omlandicâ nulla ſunt feuda.

10. In memoratâ autem ſupplicatione utiliſſimum eſt præterea petere ut ſuperior non tantum velit inferiori, quem perhorreſcis *inhibere* ſed & contra tuum adverſarium decernere citatio-

nem

nem & ſi neceſſitas id exigat, mandatum de non offendendo, uti id Spiræ quotidiè fit & intelligis ex exemplo *c.23.n.3.*

11. Apud ſuperiorem quoque, cui libellus iſte ſupplex offertur, jusjurandum *perhorreſcentiæ* præſtandum erit. Cum ex horrore bono erga ſuperiorem magiſtratum haut juraturus ſit, niſi ſummus horror ſibi malus, eum tangat & angat. Deinde quià id in appellatione obtinet in Germaniâ, R. A. zu Regensburg. 1654 §.118. à qua hoc in articulo rectè argumentamur. *c.16.n.1.*

12. Quid ſi autem inferiori judici privâ lege conceſſum, ut coram eo jusjurandum appellationis præſtetur: quod jus in Germaniâ nonnullis Principibus datum eſſe ex *d.* R. A. §. 117. conſtat, & nominatim Epiſcopo Monaſterienſi id competit, uti legitur in Biſchop Johans Hoffger. Ordn. *part. 2. tit.* 41. §. und ſol. an tunc quoque idem de hoc juramento *perhorreſcentiæ* adfirmandum ſit, quæritur?

13. Quod non dubito negandum eſſe ex ratione differentiæ, quam adduxi *c.23.n.5.* quamque re judicata & rationibus firmat Mevius *2. decis.* 31. *per tot.* Niſi lege tribunalis aliter cautum foret, eam enim ſequi oporteret. Gail. 1. *obſ.* 1. *n.* 1. Quo tamen caſu apud ſuperiorem hoc ſacramentum dicet, ſi inferior id ei deferre nollet, id enim in Germaniæ ſummo dicaſterio Spirenſi ratione appellationis etiam ſervatur. Gemeine beſcheid. *publ. Veneris* $\frac{1}{11}$ *Maji* 1668.

14. In quo decreto etiam mentio fit cautionis nonnullis in locis ab appellante præſtari ſolitæ, uti id de diocœſi Monaſterienſi certum eſt ex lege ejus loci memoratâ *h. c. n.* 12. poſteàque *anno* 1580. auctâ. Eam tamen cautionem non exigemus à perhorreſcente ſupremum ejus vel alterius provinciæ tribunal per ea quæ ſcripſi *c.* 23. *n.* 5. *&* 6.

CAPUT XXV.

In ſupplicatione non cauſa ſpecialis ſed generalis regulariter exprimenda atque probanda, uti exemplis declaratur. De eo qui plures habet cauſas & falſas allegavit ſermo inſtituitur, nec non tractatur de metu vano quæriturque an faciat tempus appellationis currere.

1 CUm verò in omni ſupplicatione cauſam quandam exprimi oporteat, eaque alia generalis, alia ſpecialis autem ſit; uti pluribus verbis perſequitur Petr. Frider. *d. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 16. non quidem hanc deſideramus, uti præfatus *c.* 3 *n.* 14. ſed horroris cauſam generalem; *d. c. ſtatutum. §. cum verò. de reſcript. in* 6. quæ etiam allegata fuit in exemplo cujus memini *c.* 23. *n* 3 quamque requirunt Adr. Neguzant. *d. reſp.* 148. *n.* 16. atque Eberh. Fabric. *ad Gail.* 1. *obſ.* 28. *ſect.* 3.

2. Inluſtrior reddetur hæc res per cauſarum enarrationes. Satis eſt ſi exprimas judicem eſſe tuum rivalem, amiciſſimum tuo adverſario, ab hoc epulis exceptum, eſſe quid cur judex tibi malè velit, te præter conſuetudinem ab eo non ſalutari, eum eſſe diſſimulatorem veteris iræ, ab adverſario judicem pendere, eum eſſe juris reive forenſis ignarum, ejus filium alioſque propinquos cauſam contra te orare, adverſarium tuum eſſe nimis potentem, peſtem graſſari in loco judicii, te habere in eo inimicos capitales & ſi quæ ſint aliæ juſtæ ejuſmodi cauſæ. *arg. l.* 1. *§.* 1. *in fi. ff. ex quib. cauſ. maj.*

3. Non autem requiritur ut enarres cauſam cujuſque ſpecialem. Neque enim hoc quis à te flagitare poteſt, ut explices, cur tuum perhorreſcas rivalem, nec de ejus ingenio vel gratiâ quam tu merueris in oculis puellæ & repulſâ quam judex metuit propter te tibique ideò malè velit, quidquam dicere cogeris. *arg. l.* 2. *ff. de appellat.*

4. Quis etiam gradus ſit amicitiæ & quo pacto ea inter tuum adverſarium & judicem hactenus culta fuerit, cum à te intellectu magis percipiatur, quam elocutione exprimi poſſit, tibi, ut probes

bes ea omnia, imponi non poteſt, ſed ſatis eſt ſi opinione hominum arctioris familiaritatis amicitiam intercedere oſtendas, nec opus eſt per teſtes probare eos idem velle & nolle, uti in re aliâ loquitur Angelus *ad Novell. 5. c. 3.*

5. De cæteris jam omnes judicare poſſe confido. Sed & aliquando cauſam horroris generalem nequidem quis allegare tenetur. Quid ſi enim talis eſſet propter quam judex tanquam ſuſpectus recuſari poſſet & quæ, ſi probata eſſet, judicis famam oneraret, vel ſine ſcandalo exprimi non poſſet? uti rectè advertit Farinac. *p. 2. fragm. crim. verb. judex. n.* 891.

6. Exiſtimarem ideò tunc ſatis eſſe, ſi in ſupplicatione tuum horrorem allegaveris & petieris à ſuperiore magiſtratu, ut ſi ei videatur; uni aut duobus adſeſſoribus mandet cauſæ illius notionem, quàm tu palàm non audeas proferre, ut honori judicis tuæque ſaluti aut bono benè conſultum eas; quod Romæ fieri & ad aures ejus, qui ibi *referendarius* audit, id tunc dici ſolere teſtatur poſt Mannos. Vinc. Carocius *de remed contra præjud. ſent. except.* 120. *n.* 10. & ſuggerit nobis Fichard. *caut. civil.* 87. *n.* 2.

7. Plures ſi quis habeat ejuſmodi cauſas generales, tunc unam ex iis probari ſufficit. *arg. d. §. cum verò. ibi; aut ſui adverſarii:* Nam vocula *aut* eſt disjunctionis nota; explorati autem juris eſt ex disjunctis unum ſufficere. *§.* 12. *I. de hæred inſtit.* Polyd. Ripa *de act. in mort. artic.* 70. *n.* 19. *&* 20. & ita in terminis juramenti perhorreſcentiæ reſpondit Neguzant. *d. reſponſ. q.* 148 *n.* 16.

8. Non malè tamen aget is, qui eas omnes ſimul allegaverit, ſi modò eas palàm proferre non perhorreſcat, nam licet in unius aut alterius generalis cauſæ probatione tunc deficiat, aliis tamen uti poterit. *arg. l.* 21. *§.* 1. *ff. de excuſ. tut.* Mynſing. *ad §. qui autem I. eod. n.* 3.

9. Si quis autem falſis allegationibus hoc juramentum perhorreſcentiæ meruerit non eſt liberatus à judicio inferiore. *arg. §. fi. I. d. t.* Ne eis circumveniſſe judicis religionem proſit, uti reſcripſit Alexand. *in l.* 1. *C. ſi tut. ex fals. alleg.* & generaliter traditum

decretum ex falſâ cauſâ impetratum, nullius momenti eſſe. *c. ſuper literis. 20. x de reſcript. l. 1. & t. t. C. ſi ex falſ. inſtrum. ibique* Brunneman *ad rubr.* Schneidewin. *ad d. §. fi. n.* 2.

10. Semel autem cauſâ adprobatâ, an retractari non poteſt decretum, licet ea minus idonea ſit ad ejerandum? Sic videtur, nam ſuperior judex poſtquam ſemel ſententiam dixit, eam corrigere non poteſt, *l. 55. ff. de re judic. Ius Omland. lib. 2. art. 75.* Sed ſi jusjurandum nondum præſtitum contrarium ſuadet *l. quod juſſit. ff. de re jud.* Buſius *de offic. jud. c. ult. n. 14. & 15.* Nam quaſi *interlocutoria* cenſetur ejuſmodi ſententia. Paul. de Caſtro *ad l. apertiſſimi. C. de judic. n. 3.*

11. Ideò enim generalis cauſæ expreſſio deſideratur, ut ſuperior magiſtratus ilicò diſcernere poſſit, an juſta ſit horroris cauſa. *d. §. cum verò. ibi. de prædicto timore, quem in literis commiſſionis* ſcil. obtinendæ ejus gratiâ exhibitis, *exprimere teneatur*: Cum quo non pugnat id quod ſcripſi *c. 2. n. 27. & 28.* Nam ſcire te velim, diſtinguendum eſſe inter metum vanum ratione *objecti* & hunc non ſpectabit ſuperior, *c. 4. n. 24.* & eum qui vanus eſt ratione hujus vel illius *ſubjecti*, non autem ſi conſideramus illum qui ideò ejerare cupit, de quo poſtremo cape ea quæ ſcripſi *d. c. 2. n. 28.*

12. Metus ſi vanus ſit ratione *objecti*, facit tibi currere tempus appellationi præfixum & judex inferior qui contra te pronuntiavit, ad ulteriora progreſſus, non ideò culpabitur. Farinac. *d. verb. judex. n. 806.* Unde ſi in Germaniâ ab inferiore judice contra te ſit prolata ſententia & ex vano atque ridiculo metu ejerare cupias Spiræ tribunal provinciale cui iſte inferior judex à quo condemnatus es, ſubeſt, tunc licet poſt ſemeſtre demum Spiræ pronuntietur, te ibi non eſſe cum juramento perhorreſcentiæ admittendum, ad appellationem recurrere eamque coram provinciali dicaſterio proſequi non potes. *arg. l. 184. ff. de R. I. l. 24. in fi. ff. quæ in fraud. cred. c. non præſtat. 52. de R. I. in 6.*

13. Sed quid ſi ante decendium appellaſſet & tamen cauſam Spiram rejeciſſet? Eum audiendum in tribunali provinciali arbitrarer,

trarer, ſi modò tempus, intra quod appellatio in judicium deduci debet, non præterierit. *arg. d. c. non præſtat. junct. l. 7. ff. de j. & f. ign.*

14. Ut autem cauſæ generalis veritas judici ſuperiori ſtatim conſtare poſſit, ſupplicationi addatur inſtrumentum ſuper eâ confectum publicâque auctoritate ſubnixum, qui mos Spiræ obſervatur, *c.* 23. *n.* 3. Nam id pro veritate notoriâ & manifeſtâ habetur, uti poſt Bald. & Decian. tradit Franc. Monald. *conſ.* 38. *n.* 13. & eſt probatio probata non probanda, uti ajunt Hunnius *encyclop. jur. p.* 2. *tit.* 18. *c.* 10. *n.* 1. & Carpzovius *p.* 2. *Iuriſpr. for. conſt.* 43. *def.* 7. *n.* 3.

15. Si etiam perhorreſcens cauſam eam generalem non niſi difficulter probare queat, tunc judex inferior de eâ cum jurejurando interrogari & per ſuperiorem magiſtratum ad veritatem dicendam cogi poteſt, ſi modò ea illum non notet vel infamiâ aut aliquâ exiſtimationis jacturâ, aliàs enim id fieri non poſſet uti poſt Speculatorem docent Aufrer. *d. tract. n.* 46. Farinac. *d. l. n.* 892. Theſſaur. *decis. Pedem.* 6 *n.* 1. Adeò ut nec judici in articulo mortis dicenti ſe corruptum eſſe credatur, poſt Jaſon. Tib. Decian. 8. *de crimin.* 38. *n.* 12.

CAPUT XXVI.

Hoc juramentum non defertur ſi horroris cauſa vana *vel* notoria. *Diſquiritur an judici inferiori vel adverſario* edenda *ſit? Etiam ratione litis futuræ vel ejus quæ de* crimine *orta ejeratio recte ſit.* Quando *ad eam perhorreſcens provocare debeat & an ejus* gratia *illi fieri queat traditur & ſimul de juramento calumniæ omittendo atque tam de eo quam noſtro etiam* per alias perſonas *præſtando tractatur.* Formulæ *quoque juramenti perhorreſcentiæ memorantur.*

1 DE ſuperioris magiſtratus nunc videamus officio. Qui primò advertet an horror ratione *objecti* quoque vanus ſit. Quid enim ſi propter juris ignorantiam quis eum perhorreſceret in lite quæ facti vel conſuetudinis eſſet? *c.* 5. *n.* 35. & 36. Quid ſi pro-

ſi propter judicis ſuperbiam, avaritiam ſimilemve cauſam vanam quis eum rejicere vellet? tunc ſuperior non decernet hoc jusjurandum, quia nemo ad probandum id admittendus, quod probatum non relevat, uti ait Monald. *d. conſ.* 38. *n.* 2.

2. Illud etiam ſacramentum non curabit à te præſtari, ſi ea cauſa generalis à te allegata non tantum notoria ſed & tanta ut propterea judex tanquàm ſuſpectus ex ſententiâ omnium recuſari queat, veluti ſi cauſa ipſum judicem ejuſve liberos tangat vel is inimicus ſit capitalis vel alia ſimilis. Tunc enim ſpontè cognitionem cauſæ ſibi abrogare debet, Oſtfrieſche Hoffg. Ordn. *tit.* 4. *§.* So auch. & ſuperior magiſtratus citra ejus præſtationem tibi experiundi juris copiam largietur. Farinac. *d. l. n.* 106. *&* 890. Mazuer. *ad pract. Pap. d. tit. §. judicem ſuſpectum. lit. b.*

3. Quemadmodum olim 27. *Aug.* 1590. in ſummo Spirenſi dicaſterio lite inter Halberſtadt contra Gröningen obortâ, pronuntiatum refert ſœpè allegatus Tennagel. *de proceſſ. decern. lib.* 3. *c.* 13. *in fi.* quem memorat & probat Blum. *d. tit.* 37. *n.* 20.

4. Num verò ſuperior ſupplicationem ſibi à perhorreſcente exhibitam aut poſtulationem verbis factam vel judici qui ejerandus vel adverſario communicare teneatur? quæras meritò. Et quidem in eâ lite, de quâ mentionem feci *c.* 14. *n.* 2. *&* 3. id factum non fuiſſe ex actis perſpexi. Nam cum 7. *Septembr.* 1667. hoc juramentum perhorreſcentiæ decreto permiſſum eſſet, magiſtratus tamen S. in ſcripturâ die 8. *Novembr. ejuſdem anni* Clivis aulico dicaſterio oblatâ, ait ſibi id non prius innotuiſſe quàm 28. *dicti menſis Septembr.*

5. Aſt cum perhorreſcenti cum ipſo magiſtratu S. in eodem dicaſterio Clivenſi lis eſſet, fortè id ideò prætermiſſum fuit, nam notorium non eget probatione. *c.* 3 *n.* 14. *&* 15. *c.* 11. *n.* 5. nec admittit hæc cauſa jusjurandum. *h. c. n.* 2. quia ſufficit ad judicem recuſandum ut ſuſpectum. *l.* 9. *pr. ff. de lib. cauſ.* Ummius *diſp. ad proceſſ.* 1. *n.* 58. Jus Omland. *lib.* 1. *art.* 27. *in fi.*

6. Unde ſi cauſa generalis in libello ſupplice propoſita clara non

non ſit, putarem eam judici inferiori & maximè adverſario edi oportere, cum hujus valdè intereſſe poſſit, in litis exordio atque pertractione fori primi non longè à laribus ſuis avocari, *arg. l.47.pr.ff. de judic.* uti etiam generaliter definivit de omnibus judiciorum actis Rob. Maranta *ſpec. aur. p.6. tit. de actor. edit. n.61.*

7. Si perhorreſcens in ſupplicatione judicem inferiorem ejerare cupiat non tantum ratione litis præſentis ſed & cujuſcunque futuræ, tunc à ſuperiore id permittendum non eſſe volunt Couvarruv. QQ. *pract. c.9. n.1.* Rebuff. *ad conſt. Reg. tom.1. tit. de evocat. in præfat. n.9.* Portoles *verb. evocatio. n 46.* Peguera *pract. rubr. 4. tit. de evoc. n.1.* Caſſador. *deciſ. 1. de reſcript. n.1.*

8. Placuit autem contraria ſententia Molinæ, Bellugo, Franco *in c.1. de off. ordin. in 6. n 3.* Mich. Ferrerio *method. jur. §. de evocat. perhorreſcentiæ fol.69.* quam ſequitur & rationibus firmat atque à nodis vindicat Joſeph. à Seſſe *d. deciſ. 117. n.1. uſque ad n.16.* eam quoque praxis Germaniæ recepit, nam non ſemel Clivis ſic quis ad ejerandum admiſſus fuit, exempla pete ex *c.21. n.19.*

9. Obſtare ajes quod metus præſens deſideretur. *c.1. n.7.* Sed ignorare te nolo, ſatis eſſe ſi ratione *ſubjecti* ſit præſens, quod ad *objectum* autem adtinet, id poteſt eſſe damni futuri. *l.1. ff. quod met. cauſ. ibi; inſtantis vel futuri periculi cauſa mentis trepidatio.*

10. Admittere & ſuperior debet eum, qui cupit ejerare judicem cui merum imperium vel gladii poteſtas tanquàm res patrimonii competit, nec enim diſtinguitur an cauſa civilis ſit vel criminalis. Joſeph. à Seſſe *d. dec. n.33.* Et eſt longa differentia inter nobilem vernaculè Gerichtsherr & inter imperii Principes; nam quod hi Spiræ in criminalibus litibus ejerari nequeant, *c.16. n. ult.* id ex pacto iis adquiſitum jus. *c.10. n.7. & ſeq.*

11. Nobilibus autem id conceſſum à Principibus non *privativè* ut loquuntur ſed ut ſibi etiam ſervarent nec planè ſibi adimerent. Celſ. Hugo *conſ.60. n.35.* Nec curandum quod in nobilium patrimonio ſit. Nam ubi magis omnis poteſtas jus dicendi res patrimo-

trimonii eſt quàm in Omlandiâ? & ibi tamen in criminalibus litibus ſibi eam abdicari patiuntur. *Ius Omland. lib.1. art.25.* Quid quod etiam prohibitâ appellatione, recurri tamen ad ſuperiorem poſſe ſtatuat Marius Giurba. *cons. crim.65. n* 3.

12. Judex ſuperior ejerare volentem repellet, ſi is litem coram inferiore modò conteſtatus ſit. Speculator *lib.* 1. *partic.* 1. *§.* 3. *n.* 2. Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 954. *n.* 34. Jacob. Laurent. *tract. de ſuſpecto jud. c.* 14. *n.*1. Morla *p.* 1. *empor. jur. tit.* 2. *pralud n.* 199. Nam ſemper ſuſpicio in initio proponenda, *LL. TransIſal. p.* 1. *tit.* 1 *art.*7. Petr. de Ferrar. *d. §. judic. ſuſpectum. n.*7. & quidem ante omnes. Mendo *de jure Academ. d. q.* 29. *n.* 541. Quia per litisconteſtationem inferior judex adprobatus cenſetur. Benekendorf. *ad Seraph. n. d. priv.* 7. *n.* 4.

13. Niſi poſteà nova horroris cauſa ſuperveniſſet. Maſcard. *d. l. n.* 35. Greven. *ad Gail.* 1. *concl.* 33. *conſid.* 3. *n.* 4. Mevius 2. *decis.* 337. *n.* 3. Autumn. *ad Langla.* 2. *ſemeſtr.* 2. Cujus reſtrictionis rationes adducuntur à Jac. Molinare *ad l. apertiſſimi. C. de judic.* Seraphin. de Seraphinis *d. priv.* 7. *n.* 10. *& ſeq.* & Richtero *ad auth. ſi verò. C. de judic. n.* 10.

14. Per quas evidentiſſimum fit etiam poſt concluſionem in cauſâ id fieri poſſe. Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 101. *n.* 10. Aug. Barboſa *ad d. l. apertiſſ. n.*4. Imò etiam poſt citationem ad audiendam ſententiam; Borellus *tom.* 1. *decis. tit.* 56. *n.* 46. Benekend. *d. l. n* 7. Greg. Lopez *ad Ius Hiſpan. d. p.* 3. *tit.* 4. *l.* 22 *lit.* K. veluti ſi tunc demum ſcias judicem vel dixiſſe adverſario ad quos acta tranſmiſſa, vel ad eos pro adverſario tuo literas ſcripſiſſe. Mevius 2. *decis.* 76.

15. Jusjurandum hoc ut profit perhorreſcenti, ei à judice ſuperiore delatum eſſe oportet. Maſcard. *d. l. n.* 39. Nullum enim ſacramentum aliàs prodeſt *l.*3. *pr. ff de jurej.* Riminald. 2. *cons.* 127. *n.* 34. *&* 36. Matth. Coler. *decis.* 198. *n.* 1. *& ſeq* JCC. Batávi *p.* 3. *conſult.* 90. *n.* 52. Niſi ſuperior judex id acceptum ferret perhorreſcenti, uti poſt Baldum in re ſimili docet Aymo

Cra-

Cravetta 1. *conſil.* 196. *n.* 2. Zahn. *de mendac. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 46.

16. Quod vereor ut indiſtinctè toleretur, nam ut non memorem quod ſuperior judex jus partium inferioriſque magiſtratus tollere nequeat nec aliter judicare queat quàm legibus aut moribus proditum: *pr. I. de offic. jud.* hoc ſacramentum perhorreſcentiæ eſt ſpecies quædam juramenti calumniæ, *c.* 2. *n.* 16. Sed id præſtandum ſi exactum, adeò ut nec adverſarius tuus nec inferior judex quando tu te ad id obtuliſti, ejus tibi gratiam facere poſſint. *arg. l.* 38. *ff. de pact.* Licet enim hodiè tacite jusjurandum calumniæ omitti queat *c.* 1. *de juram. calumn. in* 6. Herc. Mareſcot. 1. *var. reſol.* 47. *n.* 2. Alex. Sciatic. *obſ. pract. c.* 20. *n.* 93. Oſtfr. Hoffg. Ordn. *tit.* 26. *ibi*; doch mag ſolcher andr ſtilſchweigend ubergangen werden. Si modò excipias Monaſterienſes. Munſter. Hoffg. Ordn. *part.* 2. *tit.* 9. *pr.*

17. Expreſſè tamen id nec à judice; Mareſcot. *d. reſol.* 47. *n.* 7. Franc. Cardin. Mantica *decis. rota Rom.* 33. *n.* 6. neque à partibus remitti poteſt. *l.* 2. §. 4. *C de jurej. propt. calumn. junct. d. l.* 38. Ummius *diſp. proceſſ.* 12. *n* 43. Otto Phil. Zepper *diſc. jurid. tit.* 6. *n.* 50. Mevius *p.* 4. *decis.* 275. *per tot.* Coler. *ad rubr. x de juram. cal. n.* 11. Matheſilan. *ſing. jur.* 64. *n.* 1. Jul. Scarlatin. apud Zilett. 1. *conſ. crim.* 118 *n.* 6. Ita pronuntiavi ante tres annos nomine judicis Eſſendiens. *in cauſâ appellationis* Johan Haekmans *contra* Died. Becker / & cum nobiliſſ. D. Junio reſpondi *die* 3. *febr.* 1669. *de lite qua in Friſiâ-Orient. coram præfectura* Behrumb *tribunali peragitur.*

18. Quare non aliter id judex, ſi ad id ipſe provocaſti, tibi remittet quam ſi cauſa notoria & tanta quæ recuſationi judicis locum faceret *h. c. n.* 2. Vel ſi ex veneratione erga magiſtratum vel principem, quem declinare deſideras, juramenti perhorreſcentiæ nullam mentionem feciſti. Si enim tunc inferior judex ſe præteriri patiatur, nec urgeat ut tu jures & id quoque non flagitet tuus adverſarius, putarem à ſupremo judice id tibi remitti poſſe. *arg. d. c.* 1. *de juram. cal. in* 6. Nam expreſſa ſæpè nocent, non expreſſa non nocent. *l.* 195. *ff. de R. I.*

19. Quid ſi autem judex ſuperior ſui copiam non faceret? Præſentibus ſpectatæ moderationis viris id jusjurandum *perhorreſcentiæ* præſtari poſſe Maſcardus auctor eſt. *d. concl.* 954. *n.* 40. & 41. Quod tolerabile, ſi intra certum tempus ex ſtylo fori id ſolvendum vel gravis ſuſpicio mortis foret penes perhorreſcentem atque huic non heredibus cauſa ejerationis nota eſſet: tunc namque vigilare permiſſum, uti oſtenditur exemplo teſtium, qui ad perpetuam rei memoriam examinantur. Hoffr. Hoffg. Ordn. *tit.* 36. Juſt. Reuber. *de teſtib. n.* 72. & *ſeq.* Mevius 1. *decis.* 50. *n.* 2. & 3. Et probat *arg. l.* 4. *§.* 4. *in fi. ff. de L. commiſſ. ibi; quod ſi non habet cui offerat, poſſe eſſe ſecurum:* Quod ſi id facere nequeas tunc in ſcriptis poteſteris. Durandus *ſpecul. lib.* 2. *part.* 1. *§.* 3. *n.* 9.

20. Superior tamen magiſtratus qui jurandi poteſtatem perhorreſcenti largitur, de calumniâ ſacramentum prius dicere non cogitur, quia id in ſolo judiciali jurejurando locum habet, ſi audimus Setſerum *de jurament. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 68.

21. Quod ſi tolerari nequeat, dicam quod tunc id fiat, ſi quis ſpontè alteri defert jusjurandum, Anton. Faber. *in ration. ad l.* 34. *§.* 4. *ff. de jurej.* vel ſi deferentis interſit. *d. l.* 34. *§.* 4. *junct. §. fi. I. de fideicom. hered.* Sed ſuperior non ſponte ſed ad tuum deſiderium id agit, nec ejus intereſt, nam ſi non exigeretur plures lites ad eum rejicerentur & is inde utilitatem perciperet. *c.* 4 *n.* 29.

22. Neque tamen judex ſuperior ſemper ipſe adſtrictus eſt jurisjurandi præſtationi vacare, ſed ſi neceſſitas adſit vel parci ſumtibus poſſit, alteri id mandare non prohibetur. Alexand. 3 *conſil.* 71. *n.* 11. Id enim in omnibus civilibus negotiis fieri poteſt. Nic. de Leſcut *tract. de teſt. exam. c.* 6. *n.* 2. Rulandt *de Commiſſar. lib.* 6. *c.* 10. *n.* 8. & obſervatum cernis in exemplo memorato. *c.* 14. *n.* 2.

23. Ubi id mandatum fuit judici à quo perhorreſcens condemnatus erat, & à quo medio judicio per hoc ſacramentum omiſſo, ad tribunal provinciale ſupremum profilierat per ſaltum, ut ajunt. Idque in tantum invaluit ut id etiam ipſi, qui ejeratur, aliquandò com-

dò com-

dò committatur; uti ante biennium in provinciâ Marcanâ contigiſſe lite ortâ inter L. & J. D. & ejerando judici C. id mandatum à dicaſterio Clivenſi fuiſſe, mihi amicus narravit.

24. Requiritur autem jusjurandum *corporale*, vulgò & vernaculè **een lyflicken eedt** dictum. Maſtrilli *d. decis.* 127. *n.* 1. Non ſufficit ergò adſertio **by Adelike eer en trouwe**; nam ea non ſatis eſt, ſi præſtandum eſt ſacramentum corporale & ſolemne. *arg. l.* 3. *C. ſi quis ſe maj. dix.* Rauchbar. 2. QQ. 2. *n.* 76. *& ſeq.* Mevius 1. *decis.* 146. *n.* 2. *in not.* Ego *in tract de jurej. in alt. anim. c.* 4. *n.* 27. *& ſeq.*

25. Cujus rei mentem facilè hodiè datur circumvenire; poſſumus enim mandare alteri ut is in animam noſtram id præſtet, uti *ex decis rotæ Rom.* refert Marta Neapol. *d. tit. de juram. perhorreſc. cap.* 1. & ex Mario Anguiſſolo 1. *conſ.* 245. probat Bellamer. & Borellus. *d. tit.* 56. *n.* 52. atque de jurejurando appellantis cautum *in* **Oeſtr. Hoffg. Ordn.** *tit.* 44. *ibi*; **er gelobe und ſchwere dan durch ſich ſelbſt oder ſeinen Anwald / daß er glaube und gäntzlich dafur halte / das ihme** *appellirens* **noth ſeye:**

26. Et dicitur habere hoc amplius, quàm jusjurandum calumniæ ſpeciale, quod etiam per procuratorem, cui generaliter vel libera rerum adminiſtratio conceſſa eſt, hoc *juramentum perhorreſcentiæ* præſtari queat, ſi fidem habemus Borello. *d. l. n.* 48. & Afflictis nec non Maſtrilli *d. dec. n.* 12.

27. Si verò rem penſitatè libremus, deprehendemus quod hoc non aliter tolerandum ſit, quàm ſi procurator de horrore proprio juret, non autem ſi firmamentum ponat in horrore mandantis, tunc enim ſecundum id quod docui *in d. tract. de jurej. in alt. anim. c.* 8. *n.* 20. *& ſeq.* ſpeciale mandatum intervenire debet. M. Ant. Baver. *de virt. & virib. juram. n.* 95. Et ſic cum jàm nominatis interpretibus in tranquillum confer Cacheran. *d. cons.* 69. *n.* 12 Greven. *ad Gail.* 1. *concl.* 28. *conſid.* 1. *n.* 6. & poſt Caſſadorum Rot. Roman. *d. decis.* 3. *de reſcript. n.* 3.

28. Procurator autem ad lites datus cum appellare poſſit, etiamſi

etiamſi id nominatim ei mandatum non ſit; *l.* 17. *C. de procurat. l.* 8. §. 8. *ff. mand.* Petr. Gregorii *de appellat. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 13. etiam ad hoc juramentum proſilire poteſt. *arg. d. l.* 17. *junct. c.* 16. *n.* 1. Idem de advocato ſentias per ea quæ benè tractat Mevius 1. *decis.* 226. *n.* 8. *& ſeq.*

29. Quæritur autem an ſi ei, qui ſe abſque mandato pro procuratore geſſit, deinde ſpeciale ſolummodò mandatum de jurando in principalis animam obvenerit, is eo ipſo ad totam litem retrò conſtitutus intelligatur? Negatur quia limitata cauſa limitatum parit effectum. Decius *conſil.* 47. *n.* 1. Beſold. 5. *conſil.* 243. *n.* 18.

30. Et quia expreſſè atque nominatim oportet ea quæ anteà geſta mandantem rata habere. Vultej. *de judic. lib.* 2. *c* 7. *n.* 380. Uti memini pro meo quodam cliente, qui erat colonus Abbatiſſæ von Duſſeren/ coram Scabinis Duisburgenſibus ante triennium me obtinuiſſe, atque ſic *menſe Decembr.* 1668 Lingâ actis huc miſſis me referente facultas noſtra ſententiam tulit in ſachen Gerhardten Kloppenburg Vogten zu Jppenbuyren *contra* Herren Carlen Grotshauß Furſtl. Munſt. Droſten/ Herren zum Grone *&c.*

31. Pupillos hoc juramentum *perhorreſcentiæ* præſtare non ſinet judex ſuperior, ſed id fieri curet per eorum tutores. Qui cum litem tractare ſoleant, de ſuo horrore hâc in re agent uti in terminis uti ajunt terminant. Vinc. de Franchis *decis.* 257. *n.* 6. Camil. Borell. *d. tit. n.* 48. Maſtrilli *d l. n.* 12.

32. Nec patiatur eum ejerare qui ſemel pejeravit, etiamſi graviſſimum horrorem cauſetur. Marcell. Cala *de modo artic. glos. un.* §. 2. *n.* 841. Greven, *d. conſid.* 1. *n.* 7. Fabric. *ad Gail. d. ſect.* 3. Matth. Stephani *de offic. judic. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 32. Bened. de Vadis *ad Felin. in c.* 4. *x ut lit. non cont. n.* 13. Mynſing. 3. *obſ.* 58. Qui dicunt quod is aliâ ratione judicem ſuſpectum facere cauſamque liquidò probare debeat. *arg. c. nullius.* 22 *q.* 15. *c. quicunque.* 23. *q.* 1.

33. Cui enim hoc ſacramentum defertur is omni exceptione major eſſe debet, per ea quæ tradunt Gylman. 2. *decis. Cam. Imp.* 25. *n.* 9. *&* 10. nec non Boërius *cons.* 25. *n.* 29. Neque aliàs ſtatur juramento

ramento ejus contra quem eſt præſumtio. Riminald. 1. *cons.* 101. *n.* 22. Gilhauſen. *arb.jud.civ. c.6.p.* 1. *§.* 29. *n.*6. Hic autem talis adeſt quod ſit pejeraturus. Auguſtin. *in c. qui exigit.* 22. *q.* 5. Setſer. *de juramem. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 25.

34. Homicidii autem reus eſt, qui hujuſmodi homini defert jusjurandum. Borcholt. *de jurej. c.* 6. *n.* 12. Quod turpe factum licet non negaverim; *arg. l.* 15. *ff. de cond. inſt.* tamen non aliter quàm coram Deo ordinariâ homicidii pœnâ luendum exiſtimo. *arg. l.* 18. *ff. de pœn.* Si autem minus hic punitur, olim tamen eò graviorem pœnam ſuſtinebit. *arg. l.* 2. *C. de reb. cred.*

35. Quid autem dicemus de eo, qui juravit ſe ad hoc jusjurandum *perhorreſcentiæ* non provocaturum? Eum deinde haut admittendum arbitror, fultus atque fretus quatuor rationibus, quas allegat Celſus. Hugo *conſil.* 46. *n.* 13. & 14.

36. Officium ſuum tamen hæc adſertio perdere debet, ſi poſteàquàm ſic juraverat, nova cauſa perhorreſcendi ſuperveniſſet. *arg. c.* 25. *n.* 13 Juramentum namque non extenditur ad ignorata: Jaſon. 4. *cons.* 107. *n.*16. & intelligitur rebus ſic ſtantibus prout ſtant, uti *arg. l. ſi pr. ff. ad municipal.* loquuntur Marcabrun. ab Anguillis *conſil.* 66. *n.* 348. Jaſon. 3. *cons.* 59. *n.* 29. Magon. *decis. Florent.* 64. *n.* 52. Treutler. & Schops. 1. *conſil.* 26. *n.* 196. Horat. Giovagnon. 1. *reſpons.* 36. *n.* 12.

37. Sic jurans ſervare ſtatuta non tenetur ſervare iniqua; Bonifac. VIII. *in c.* 1. *de jurej. in.* 6. Hippol. de Marſil. 1. *conſil.* 10. *n.* 54. & qui cum jurejurando promiſit ſe ab uxore divortium non facturum, id tamen facere poteſt, ſi ea in legem conjugii peccet atque adulterium committat. *c.* 25. *ẍ de jurejur.*

38. Diſquirere lubet, quid ſentiendum de eo qui juravit ſe nunquam jusjurandum præſtiturum? Cum hic tamen de calumniâ jurare teneatur. Gabr. Saray *ad Matheſilan. ſing.* 64. *n.*14 idem hâc in re ſtatuas, *arg. c.* 2. *n.*16. & ajas iſtud jusjurandum nullius momenti eſſe. *arg. Catecheſ. reform. relig. q.* 101. *junct. l.* 15. *ff. de cond. inſtit. l.* 185. *ff. de R. I. c. etſi Chriſtus. ẍ de jurej.* Mynſing. *ad c.* 18. *ẍ. de teſtib. & atteſtat. n.* 3.

39. Quæ-

39. Quæritur quid obſervandum ſi quis appellationi renuntiaverit? Cum is provocare prohibeatur: *l.* 1. *§.* 3. *ff. à quib. appell.* idem de hac ejeratione fortè quis dixerit ex dictis *c.* 16. *n.* 1. Sed memineris recuſationem & appellationem non per omnia æquiparari, nec per hanc tolli facultatem ejerandi. Panormitan. *ad c. cum ſpeciali.* 61. *x de appellat. n.* 1. Zanger. *ibid. n.* 3. *&* 5.

40. An verò is qui coram ſuo magiſtratu ſtipulatione factâ promiſit *ſe ſatisfacturum omni, quod ei per ſententiam imponeretur*: deinde ſi condemnatus ſit, appellare queat? diſquirere lubet. Provocandi poteſtatem ei nehilominus largiuntur Treutler. 2. *diſp. ult. th.* 3. *lit. b.* Zanger. *ad c.* 20. *x de appellat. n.* 6. 7. *&* 8. Scaccia *de appellat. q.* 17. *limit.* 2. *n.* 73. *&* 75. Rulandt & Maranta, quos allegat & ſequitur veluti grus gruem Hunnius *encyclop. jur. p.* 2. *tit.* 33. *c. ult. n.* 6.

41. Sed cum ea verba otioſa eſſe non debeant, *arg. l.* 109. *ff. de legat.* 1. Sim. Vaz Barboſa *princ. jur. lit. V. n.* 11. & in mente retenta nil operentur, non aliter quam de renuntiatione appellationis ea capienda. Bachov. *ad Treutler. d. l.* Cl. Struve *ſyntagm. jur. tit. ff. de appell. recip.* Quemadmodum non auctoritate Bachovii, licet eam ſæpè ſpectet vel ipſe Carpzovius, ſed ejus rationibus aliiſque argumentis motus Hagam Comitum reſpondi *die* 18. *febr. hujus anni* 1669.

42. Formula hujus ſacramenti ex uſu ſummi dicaſterii Spirenſis hæc eſt. Si ejerans ipſe præſens ſit, hæc verba eam in rem concepta. Ihr werdet dem ertheilten *decret* zu folge einen äyd zu Gott und auf das heyl. *evangelium* ſchweren / daß ihr ahn dem N.N. oder einigem anderen daſelbſt ahnſtellendem gericht in der ahm 12. *Decembr.* jüngſt ahn diß Kayſerl. Cammergericht vorgenommene *appellations* ſach wieder N.N. kein gedewlich recht zu erlangen getrawet / ohn al gefährde. Dem iſt alſo. *&c.*

43. Si per procuratorem præſtetur. Ihr Dr. N.N. werdet kraft vorbrachten *ſpecial* gewalts / in ewers darin benahmſeten *principalen* ſeele N.N. einen äyd *&c.* daß er ahn dem *&c.*

DISPUTATIO VIII.

Reſp. Carolo Schoockio, M.F. *Groningano.*

CAPUT XXVII.

Quæritur an contrarii probatio *hac in re admitti debeat?*

1 OB quam rem autem ſupplicationem perhorreſcentis judici inferiori & maximè adverſario edendam dixerim? *c.* 26 *n.* 6. fortè quis quæret ideò, quod contrarii probationem hic non admittendam cenſeant Vinc. de Franchis *d. n.* 6. Rot. Roman. *decis.* 76. Gloſſ. & Fulgos. apud Maſcardum *vol.* 2. *de probat. concl.* 956. *n.* 3. *in fi.* Greven *ad Gail. d. l. n.* 4. Borell. *d. tit. n.* 45. Ubi ſcribit hanc ſententiam Rotæ tàm in antiquis quàm novis deciſionibus placuiſſe: nec ſe aut Follerum talem probationem vidiſſe vel audiiſſe: rationem adjiciens hanc, quod horror ſit in animo ideoque contrarium oſtendi non poſſit.

2. Contrarium autem probari poſſe placuit Capellæ Tholoſanæ. *decis.* 236. *ibique.* Aufrerio *in apoſtill.* Borello ſibi contrario *d. tit.* 56. *n.* 51. Rotæ Rom. *tit. de reſcript. decis. nov.* 3. *in addit. n.* 2. Ubi dicitur; *Ægidius tamen decis.* 45. *dicit, quod poteſt probari contrarium & ſic quod tale juramentum non operetur præſumtionem juris & de jure, & dicit contrarium probari per indicia & præſumtiones, & cum Ægid. tranſeunt omnes in c. ſtatutum. reſcript. in* 6. Per Ægidium intelligitur Bellamerus more Italis familiari.

3 In hac poſteriore ſententiâ quoque eſt Felin. *d. c.* 4. *x ut lite non cont. n.* 13. & Seraphin. *d. priv.* 7. *n.* 29. Pro quâ etiam ſtat Maſcard. *d. concl. n.* 2. hanc adducens rationem, *quod cum juramentum ſit probatio irregularis, debet cedere potentiori probationi, quæ poſtmodum ſupervenit. l. cum de indebito. ff. de probat.*

4. Prior ſententia dubio caret, ſi adverſarius perhorreſcentis non contradixerit aut proteſtatus, ſed eum ejerare ſiverit. Aufrer. *ad Capell. Tholos. d. l.*

5. Quod ſi autem anteaquam alter ad jurandum admittatur, etiam ad tribunal ſuperius convolaverit, tunc diſtinguendum eſt

S inter

inter cauſas generales & ſpeciales: ut earum probatio contraria ſemper fieri poſſit, ſi à facto aliquo externo pendeant, quarum nonnullæ enumeratæ. *c.* 25. *n.* 2.

6. Pari ratione ea, quæ trahitur ab adverſarii potentiâ, refelli poteſt oſtenſâ veritate ejus, quod is qui ejerare vult, habeat multos potentiorum ſibi vel ſanguinis vel adfinitatis vel amicitiæ arctioris nexu conjunctos, quodque tanta non ſit poteſtas adverſarii, ut is aut judicem terrificare aut ejerare cupientem horrificare poſſit, uti ſcribit Seraphin. *d. n.* 29. Et ſi aliter ſtatueremus, aufferretur legitima defenſio, quod fieri minimè debet. Joh. Aloys. Riccius *part.* 6. *decif. collect.* 2036.

7. Specialium autem cauſarum probatio contraria admittenda non eſt, cum ab animo cujuſque perhorreſcentis non à facto externo ortum habeant. Id cum & in nonnullis generalibus cauſis etiam cernamus, veluti in illis quæ à diſſimulatione veteris inimicitiæ & magnâ cum adverſario tuo amicitiâ trahuntur, de quibus ſingulis dixi *c.* 25. *n.* 5. *&* 6. ſequitur id etiam tuæ tantum conſcientiæ relinquendum eſſe. *c.* 2. *n.* 27. *& ſeq.*

8. Excludi tamen hic nolo propriam confeſſionem ejus, qui quidem anteà allegaverit coram judice ſuperiore ſe horrore contremiſcere, deinde autem dixerit ſe nil quicquam metuere ſed vexandi adverſarii gratià aut odio judicis ſe id feciſſe. Ludov. Roman. *conſ.* 102. *n.* 3.

9. Secundum hæc dicta capio id quod JC. diſertiſſimus Janus Langlæus 2. *ſemeſtr.* 2. ſcribit, *cum receptiſſimum ſit iis etiam caſibus, quibus lex conſcientiæ & religioni alicujus quidpiam committit nec jurato ipſi credendum: ſi diverſa pars onus probandi in ſe transferre velit;*

10. Non autem dicetur probatum contrarium, ſi ejerationis lite coram ſuperiore magiſtratu pendente, perhorreſcens quid agat, ex quo quis ſuſpicari vellet eum nil à judice metuere; Cum enim ex civilitate morum fortè ei familiarius locutus fuerit, id ei poſtquam judicem ejeravit objici nequit; quia *jurato dicto magis quam extra judicialiter facto ſtandum*, uti ait Thom. Triviſan. 2. *deciſ.* 39. *n.* 12.

11. Alios

11. Alios modos pacandi hoc diſſidium videat cui volupe apud Oſaſc. *conſ.69.n.*11. quos etiam refert & refutat Maſcard. *d. concl.* 956. *vel ut in aliis libris*, 961. *n.* 4. 5, 6. 7. *&* 8.

CAPUT XXVIII.

Diſſeritur de hujus ſacramenti effectu *& eurematicon de* inhibitione *&* appellatione *proponitur.*

1 EFfectus *juramenti perhorreſcentiæ* non eſt alius quàm recuſationis judicis ex cauſâ ſuſpicionis. *d. c.* 11. *§. cum verò. de reſcript. in* 6. *ibi*; *judex ipſe in cauſâ nullatenus procedat, ſed partes à ſuâ juriſdictione dimittens*:

2. Unde ſi poſteàquam illud à perhorreſcente arreptum judex inferior ad ulteriora progrediatur, ea nulla ſunt omnia, pari ratione ac ſi ea poſt recuſationem facta eſſent, ejus enim ſpecies magis privilegiata, ut ſic dicam, eſt noſtra ejeratio. Zanger *ad rubr. x de appellat. n.* 39.

3. Infinitis autem auctoritatibus probari poſſe, quod omne quod ſit poſt recuſationem interpoſitam, nullius momenti ſit, ait Andr. Fachinæ. 2. *conſ* 59. *n.* 11. & docent Petr. de Ferrar. *pract. Pap. d. tit. §. judicem ſuſpectum. n.* 2. *ibi ue* Addit. *lit. b.* Mynſing. 4. *obſerv.* 59. Gail. 1. *obſ.* 33. *n.* 12. Lancellott. *de attentat. p.* 2. *c.* 6. *n.* 4. Cacheran. *decis.* 84. *n.* 5. Mevius 2. *decis.* 31. *n.* 1. *in not.* Ut non curandus diſſentiens M. rula *d c.* 4. *n.* 23.

4. Nam recuſatio & appellatio quod ad effectum ſuſpendendi juriſdictionem comparantur. Quare ſicuti appellatione pendente nil innovandum; ita nec hoc fieri debet factâ recuſatione. Zanger. *ad d. rubr. n.* 41. *& ult. nec non ad c. cum ſpeciali. x. eod. tit. n* 7. *&* 8. Decius *ad d. c. cum ſpeciali. n.*29. Paul. de Caſtro *ad l. apertiſſimi. C. de judic. n.* 4. *& vol.* 2. *conſil.* 121. *n.* 2.

5. Ne tamen judex inferior atque etiam adverſarius ignorantiam ejus tuæ provocationis ad ſuperiorem ex cauſâ hujus ſacramenti deinde allegare queant, tutiſſimum erit teſtatò id utri-

que denuntiare. *arg.l.94.ff.de R.I.l.25.in fi ff. quæ in fraud. cred*

6. Quâ ratione vel maximè judici inferiori de ſeriâ tuâ mente conſtabit, & ſcire debet ſibi manus non amplius liberas eſſe, quia ea proteſtatio vim appellationis habet ex doctrinâ Mevii 2. *decis.* 53.*n.*5.*&*6.

7. Unde ſi quid poſteà fecit, id in cenſum *attentatorum* tranſcribendum, & antequam de jure perhorreſcentis conſtet, hoc reſcindet ſuperior, quia is provocatus & tamen ab inferiore contemptus fuit. Hieron. de Laurent. *decis. rotæ Avenion.* 8.*n.*4.

8. Etiamſi inferior magiſtratus id feciſſet cum proteſtatione *ſalvo jure perhorreſcentis*: Nam proteſtatio contra jus non valet. Joan. de Aguzell. *tract. de proteſtat. n.* 1. *& ſeq.*

9. Similis enim foret iſti Seneſchallo Regio, qui juſſerat hominem ſuſpendi ſalvo jure ſuo, uti ſcribit Joan. Andreæ. *in c. ea te. x de jurejur.*

10. Sed è re quoque valdè erit à ſuperiore judice *inhibitionem* petere tàm contra adverſarium quàm judicem. *arg. c. non ſolum.* 7. *de appellat. in* 6. Petr. Gregorii *lib.*2. *de appellat. c.* 14.*n.* 13. *& ſeq.*

11. In quâ decernendâ ſuperior facilis eſſe debet, quia hæc res cum appellatione in hoc articulo & ratione effectus convenit *h. c. n.*4. Hoc etiam ſic obſervatum fuiſſe aliquandò cernis in exemplo allegato *c.* 14.*n.*9.

12. Quod ſi poſtquam ad hoc juramentum provocaſti, adverſarius non deſinat te cogere ad inferius tribunal, in expenſas legitimas tibi condemnandus *d. §. cum verò. in fi.* Incidet & in pœnam *inhibitioni* inſertam. *d.c.* 14.*n.*9. Carpzov. *de inhibition. cap.*6. *n.* 16. *& ſeq.*

13. Niſi temerè id feceris & propter horrorem ratione *objecti* vanum non admittaris, nam non ſolum tunc expenſas ipſe feres tuas ſed & ad eas, quas adverſarius in litem provocationis fecit, condemnandus. *arg. l.* 13. *§.* 6. *C. de judic.* Gail. 1. *obſ.* 24. *n.* 1. Ummius *diſp. proceſſ.* 22. *n.* 25.

14. Neque diſtinguitur an actor ſit ratione litis principalis an

verò

verò reus, nam utrique facultatem recuſandi judicem largimur cum Farinacio *d. l. n. 688.* quem memorat & ſequitur Aug. Barboſa *ad l. 14. C. de judic. n. 19.*

15. Hoc quoque non prætermittendum valdè cautè agere perhorreſcentem, ſi ſtatim atque in initio verbo *appellandi* utatur atque appellationem ſe ad ſuperiorem interponere ajat, nam ita judicis eum terrificantis poteſtas nulla amplius erit & antequam etiam ex cauſa tui horroris à ſuperiore recepta ſit, medio tempore nihil ab eo novari oportet. *l. 1. pr. ff. nihil innov. appell. interp. ibique* Weſenb. *in parat.*

16. Uſus fori hoc etiam recepit, uti promtum videre in exemplis adductis *c. 13. n. 13. c. 14. n. 2. 7. & 9.* & nuper adhuc obſervatum in caſu, de quo nobiliſſ. D. Joh. Theod. Muntz à me laudatus *c. 19. n. 22.* ad deſiderium Judicis Bochumenſis in provinciâ Marcanâ, ſententiam tulit his verbis. Mit eingeholeten raht eines unpartheyſchen Rechtsgelehrten wird in *appellations* ſachen Hr. J. von S. *appellantis* und der H. M. Erben *appellatos* einß und anderen theils zu recht erkant / das der erſter *inſtanz* beſcheid / wovon hiehin *appellirt* worden in ſeinen krafften *reſpectivè* verlaufen und verbleiben ſolle; Dergeſtalt gleichwohl das wan *appellans* das *offerirte perhorreſcentiæ juramentum* wird außgeſchworen haben / derſelbe beſcheid vor dieſer *inſtantz* Richteren / in allen und jeden darinne begriffenen puucten bewircket: *Public. 19. febr. 1669.*

17. Ex quà cum & hoc appareat, quod appellatio, quæ alias nulla fuiſſet, ex ſolâ horroris cauſa tamen recepta fuerit, ideò latinè eam reddere neceſſarium mihi viſum; *Ex conſilio ICti partium ſtudiis non abrepti judicatur, quod prioris fori decretum, de quo ad hoc tribunal appellatio facta, in rem judicatam tranſierit firmumque manere debeat; Sic tamen ut ſi appellans id à ſe oblatum perhorreſcentiæ juramentum præſtiterit, iſtud decretum coram hujus ſecundi fori judice in omnibus & ſingulis eo comprehenſis articulis diſceptetur:*

18. Atque hæc quidem de *primâ ſpecie juramenti perhorreſcentiæ* dicta ſufficiant. Cæterùm ſi caſus contigerit à me non tractatus,

tunc ex materiâ recuſationis & appellationis cum ejeratio judicum non in totum ab illis recedat, ad ſimilia quis progrediatur & jurisdictione vel interpretatione ea dignetur ſupplere. *arg. l. 12. ff. de legib.*

19. Ex iis autem quæ ego de hoc argumento tradidi, ſatis conſtare poſſe confido, quàm falſò Vivius *commun. opin.* 866. *n.* 8. ſcripſerit hanc primam juramenti perhorreſcentiæ ſpeciem, quæ de rejiciendis judicibus agit, opinione communi eſſe improbatam.

20. Neque enim ullum auctorem niſi unum Stafilæum adducit, cui ſatisfactum *c.* 4. *n.* 25. *&* 26. Certum autem eſt non eſſe communem opinionem, niſi quæ à majore parte doctorum recepta. Menoch. 2. *præſumt.* 71. *n.* 2. 29. *&* 40. Ant. Souſa de Macedo *perfect. Doctor. qual.* 23. *n.* 36. Ant. Maria Corat. *de comm. opin. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 6. *& tit.* 2. *n.* 1.

21. Sit etiam communis, tunc tamen ſciat contrariam ſententiam eſſe magis communem & rebus judicatis fultam, ideoque etiam magis ſequendam per ea quæ pluribus docent Corat. *d. lib.* 1. *tit.* 4. *n.* 4 *& ſeq.* Menoch. *d. l. n* 13.

22. Quid ſi etiam plures reperirentur, qui vel invidiæ ſtimulis aut partium ſtudiis agitati, contradicerent, *nulli* tamen *rei eſſe minus credendum quàm multitudini ſuffragiorum*, perſuaſiſſimum mihi habeo cum Ren. des Cartes *de methodo art.* 2. *§. quod ad me.*

23. Nam in noſtrâ diſciplina ſe invicem ſequuntur, veluti ovis ovem & grus gruem, uti Corat. *d. tract. præfat. n.* 4. teſtis eſt, & ſcribit Schotan. *exam jur rubr de reſpons. prud. p.* 31. Qua ratione accidit ut eos qui ſemper communem opinionem ſectantur *ovillos* doctores appellaverint; Wilh. Antonii *de reſcript. morat. concl.* 2. *n.* 4. atque ideò ſi ratio naturalis repugnet eam non amplectendam, nomine facultatis noſtræ reſpondi in *conſil. n.* 32. *&* 33. ſcripto die 14. *April.* 1668. *Embdam.*

24. Poſt hæc ſcripta & typis expreſſa incidi in Jacobum Mæſtertium qui *de juſtit. LL. Roman. lib.* 1. *dubit.* 53. egregiè pro eo

jure, quod noſtram ejerationem judicum probat, orat, licet juramenti perhorreſcentiæ nullam faciat mentionem.

CAPUT XXIX.

Proponitur juramenti perhorreſcentiæ ſpecies ſecunda *ac declaratur qui debitores in carcerem conjici poſſint & quando id fieri queat. Curatius indagatur an* profeſſores *mercaturam exercere poſſint?*

1 SEquitur jam altera ſpecies *juramenti perhorreſcentiæ*. Ea autem locum invenit, quoties creditor eo ſacramento teſtatur, ſe horrore ideò contremiſcere, quod debitor ſibi videatur meditari fugam, & eo jurejurando præſtito petit debitorem carceri mancipari. Seraph. de Seraphinis *de privil. juram. priv.* 7. *n.* 31. *& ſeq.* Lanfranc. de Ariadno *tract. de recuſat. n.*8. Quod uſu fori per totum orbem atque ubique receptum teſtantur Hippol. Riminald. Jun. 7. *conſ.* 745. *n.* 11. Joh. Koëppen. *p.* 1. *obſ. q.* 29. *n.* 16. & Berlichius *p.* 1. *concl. pract* 73. *n.* 45.

2. Communiter autem placuiſſe hac in re non eſſe ſtandum ſoli creditoris jurijurando; cum res ſit non exigui ſed majoris momenti, docent Menoch. *arb. jud. QQ. caſ.* 87. *n.* 5. Schneidewin. *ad pr. I. de action. n.* 16. & Maſcard. *de probat. concl.* 824. *n.* 1.

3. Qui poſtremus rectiſſimè diſtinguit *d. concl. n.* 6. ut prior opinio vera ſit hactenus, ut capi debitor queat: poſterior verò quod ad probandam ſuſpicionis cauſam locum habeat. Jaſon: *ad l.* 16. *C. de judic. n.* 22. *&* 23. Nam in carcerem detruſo debitori actionem injuriarum damus ſi deinde ſuſpicionis cauſa non aliter probetur. *arg.* §. 1. *I. de injur.* Benekendorf. *ad Seraphin. d. priv.* 7. *n.* 8. *&* 9.

4. Judex etiam hoc obſervet, ne huic *juramento perhorreſcentiæ* locum det, niſi cum de plano cognoverit de debito & id duobus teſtibus vel inſtrumento aut confeſſione debitoris, probatum fuerit. Salic. *ad l.* 16. *C. de judic. n.* 9. Peckius *de jure ſiſt. c.* 16. *n.* 4. Koëppen. *d. q.* 29. *n.* 16. 17. *&* 18. Carpzov. *p.* 2. *Iuriſpr. for. conſt.* 22 *def.* 2. *n.* 17. Fabric. *ad Gail.* 2. *obſ.* 44.

5. Quod ſi factum fuerit creditorque juraverit, tunc in carcerem

cerem compingi poteſt etiam is qui debet quid ſub conditione. Seraphin. *d. l. n.* 34. Berlich. *p.* 2. *concl. pract.* 28. *n.* 29.

6. Etiam die feſto; uti poſt Gloſſ. Jaſon. Felin. & Decium docet Seraphin. *d. l. n.* 36. Aug. Barboſa *ad l. ult. C. de feriis. n.* 9. Licet in honorem Dei ſit dicatus. Bartol. *in l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraud. cred. n.* 3. Gail. 2. *obſ.* 44. *n.* 1. Koëppen. 1. *deciſ.* 29. *n.* 11. Cothman. 1. *reſpons.* 18. *n.* 288. Berlich. 1. *concl.* 73. *n.* 50. Nam neceſſitas non habet legem, uti hoc firmat & ratione & re judicatâ Chriſtinæus *ad LL. Mechlin. tit.* 3. *art.* 4. *n.* 2. Contrarius eſt Barboſa *d. l. n.* 3.

7. Cum autem ea die debitor capi queat, & creditor tunc ad hoc ſacramentum *perhorreſcentiæ* admitti debet. *arg. l.* 2. *ff. de juriſd. l.* 5. *§.* 11. *ff. de op. novi nunc.* Hieron. Grat. 1. *reſp.* 15. *n.* 43. Seraph. *d. priv.* 7. *n.* 31. Diſſentit Thom. Sanchez. *tom.* 2. *conſil. moral. lib.* 5. *c.* 2. *dub.* 30. *n.* 2.

8. Nec opus eſt debitorem citari, ut creditorem jurare videat, ne defugâ edoceatur, uti ex Baldo docet Peckius *d. c.* 16. *n.* 2. Berlich. *d. concl.* 73. *n.* 46. Molignat. *de retent. q.* 239.

9. Sed & de domo ſuâ hodiè extrahi poteſt debitor, ſi à creditore hoc jusjurandum præſtitum ſit. Mynſing. 4. *obſ.* 69. *n.* 10. Berlich. *d. l. n.* 51. Diſſentiunt Bolognet. *in l. vinum. ff. de reb. cred. n.* 27. & Seraphin. *d. priv.* 7. *n.* 55. Et licet jure privo alicui indultum eſſet ne ex domo extraheretur, manus tamen ei in tabernâ, quam extra domum exercet, vel in porticu quæ ante domum, rectè injicitur. Franc. Vegius 1. *conſil.* 54. *n.* 7. & 9.

10. Nec non ab eccleſia debitorem rapi fas erit. Jaſon. *in d. l. vinum. n.* 5. & 6. Berlich. *d. l. n.* 52. Chriſtinæ: *d. art.* 4. *n.* 2. Licet diverſus ſit Couvarruvias 2. *var. reſol.* 20. *n.* 14.

11. Hoc tamen ſacramentum eam vim non habet, niſi à judice fuerit delatum. Riminald. *d. conſ. n.* 16. Seraphin. *d. l. n.* 37. Adeò ut non ſatis ſit præſente apparitore per creditorem fieri. Peck. *d. c.* 16. *n.* 4. Riminald. *d. l. n.* 17. Præſente tamen notario ſi fiat, id ſatis eſſe tradit Joſeph. Ludovici. 1. *deciſ.* 41. *n.* 5.

n. 5. Quod non aliter verum, quàm ſi judex ſui copiam non faciat. *cap.* 26. *n.* 19.

12. Propter rem minimam ad hoc jusjurandum nemo proſilire poteſt. Cujus reſtrictionis rationes quidem plures adducit Seraphinus, ſed ea optima eſt, quam *d. priv.* 7. *n* 4. proponit, neminem ideò in carcerem conjici poſſe, poſt Bald. Ludov. Roman. & Curtium Koëppen *d. q.* 29. *n.* 23.

13. Nec ſi creditor, antequam contraheret cum debitore, ejus conditionem non ignoraverit. *arg. l.* 1. §. 5. *l.* 33. *ff. de injur.* vel ſi eam ſcire potuit, quod nempe tunc cauſa ſuſpicionis modò adeſſet. *arg. l.* 19. *ff. de R. I.* Berlich. *p.* 2. *concl.* 28. *n.* 45. Carpzov. *d. conſt.* 22. *def.* 17. Simon à Leuwen *in not. ad Peck. d. c.* 16. *n.* 4. Et quidem creditor probare debet debitorem initio idoneum extitiſſe poſt Natta Joſeph. Ludovici *comm. concl.* 14. *n.* 197. vel ſaltem publicè eum pro tali perſonâ habitum fuiſſe. David Mevius *de arreſtis cap.* 8. *n.* 146.

15. Sed & ſi debitoris ſpectata inter bonos eſſet moderatio & ilicò oſtendere poſſet, nullam rationem eſſe, cur ſuſpectus haberi debeat. Nam contrarii probatio hic admittenda. Angel. de Ubaldis apud Zilett. 1. *conſ. crim.* 22. *n.* 24. Quod judicis arbitrio relinquendum. *arg. l.* 1. *in fi. ff. de jure delib.* Koëpen. *d. l. n.* 18. Seraphin. *d. priv. n.* 50.

16. Judex tamen nunquam compingi in carcerem curabit eum, qui immobilia poſſidet. Nam is de fugâ ſuſpectus dici nequit. *arg. l.* 15. *pr. ff. qui ſatisd. cog.* Gail. 2. *obſ.* 44. *n.* 7. Alex. Trentacinq. *lib.* 3. *tit. de ſolut. reſol. var.* 10. *n.* 21. Menoch. 1. *arbitr. QQ.* 88. *n.* 13. *& ſeq.* Berlich. *d. l. n.* 41. Ubi *n.* 42. id reſtringit.

17. Excipiendæ etiam perſonæ egregiæ veluti profeſſores, *arg. l.* 6. *C. de profeſſ. & med.* nobiles ſenatores atque doctores, ſi audimus Peckium *de iure ſiſt. c.* 5. *n.* 13. Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *c. ult. part.* 5. §. 6. *n.* 20. Bald. Peruſin. *tract. de carcerib. c.* 1. *n* 4. Weſenbec. 1. *conſil.* 50. *n.* 19. Brunneman *ad d. l.* 6. Quorum

doctrinam ad uſum forenſem tranſtulit Carpzovius *p.* 2. *Iuriſpr. for. conſt.* 22. *def.* 18. *n.* 5. *& ſeq.*

18 Hodiè autem id vix eſt ut obtineat ubique, nam in Galliis, Angliâ, & univerſo Belgio in carcerem etiam illuſtres perſonas nec non nobiles ob æs alienum ex mutuo aliiſque contractibus debitum conjici, rerum magiſtra experientia docet ejusque rei exemplum in hac urbe eſt recens, & ratio verbis nimis gravibus redditur à Dav. Mevio *de arreſt. c.* 8. *n.* 112. *&* 113.

19. Ad doctores quod adtinet, illi in Belgio non gaudent iis privilegiis, quæ jus civile iis tribuit, uti teſtis eſt Chriſtinæ. 2. *decis. Belg.* 167. *in rubr. n.* 1. Simon à Leuwen *ad Peck. d. n.* 13. & ideò propter debita etiam ex civili negotio contracta carcerem non effugerent, ſi de fugâ ſuſpecti eſſent. Præſertim cum *d. l.* 6. de iis qui publicè docent tantum agat, uti rectè quoque obſervatum Mevio *d. c.* 8. *n.* 103.

20. Sed nequidem hos qui in Academiis juriſprudentiam aliamve liberalem diſciplinam profitentur à carcere civili eximendos ſi mercaturam exercuiſſent vel dolo malo fiduciâ ſui privilegii grande æs alienum contraxiſſent, cum tamen rem ſibi anguſtam domi eſſe probè ſcirent, tradit Carpzovius *d. l. n.* 10. *& ſeq.*

21. Expendamus ſingula. Primum quod de mercaturâ dicit, an hoc fortè ideò? quod non tantum nobilibus ſed & dignitate conſpicuis viris commercia interdicta, *l.* 3. *C. de commerc. & mercat.* atque eam ob rem illa uſurpantes privilegiis ſuis priventur, uti volunt Mynſing. 6. *obſ.* 54. *per tot.* Rauchbar. 2. *QQ.* 12. *n.* 5. Choppin. *de privil. ruſtic. lib.* 3. *c.* 1. Jac. Phil. Portius *conſil.* 167. *n.* 90. Caſp. Klock. *de contribut. cap.* 12. *n.* 262. Balthaſar. *p.* 4. *tit.* 19. *reſol. pract.* 8. *n.* 11.

22. Quod admittendum non eſt. Primò quia *d. l.* 3. non niſi de ſordidâ mercaturâ capiunt. Aug. Barboſa *ad d. l.* 3. *n.* 4. Brunneman. *ibid.* Secundò quia conſuetudine aliud introduci poſſe, admittunt Choppin. *d. c.* 1. Klock. *d. l. n.* 259. *&* 260. veluti de

Vene-

Venetis & Genuenſibus teſtatur Portius *d. conſil. n.* 89. & in Belgio majores mercaturas per nobiles tractari poſſe adfirmant Chriſtinæ. 3. *decis.* 106. *n.* 6. *&* 7. Groenewegen *de LL. abrog. ad d. l.* 3. *n.* 1. *&* 3.

23. Tertiò quia *d. l.* 3. non malè à ſubtiliſſimi ingenii viro Joh. Ott. Tabor *in tract. de jure cereviſ. cap.* 6. *n.* 5. explicatur de iis qui propoliam exercent, ſic ut merces omnes undique coemtas ſupprimant & tenuioribus atque minutariis mercatoribus carè iterum vendant. A quâ re ſi abſtineant profeſſores, ſalvâ ſuâ dignitate æque ac nobiles magnarii mercatores eſſe queunt; qui Belgis *Groſſiers* dicuntur. D. Abrah. à Weſel. *ad conſt. nov. Ultraj. art.* 21. *n.* 5.

24. An ergò exceptionis à Carpzovio traditæ hæc erit ratio? quod eorum profeſſio & deſiderium inter ſe diſcrepent: nam cum philoſophos ſe eſſe proponant avaritiâ eos vinci turpe videri? *l.* 6. *C. de muner. patrim.* Planè non! Nam ſcias (1) quod *d. l.* 6. impietatem gentilem & odium philoſophiæ redoleat, uti poſt Klock. ſcribit Brunneman. *ad d l* 6.

25. Vel quod (2) id de veteribus iſtis philoſophis, quibus præter barbam & pallium nil erat quoſque hodiè Grietken rectè abjecto vocabulo appellant, intelligi oporteat, non autem pertineat ad eos, qui etiamſi philoſophiam in ſcholis doceant, melius tamen ſapiunt nec honeſtam adquirendi conditionem ſpernunt, ut nil verius quam iſtud Modeſtini in *l.* 6. §. 7. *ff. de excuſ. tut.* dicentis, *rari ſunt qui* ad exemplum veterum eorum heroum *philoſophantur*.

26. Ilud majorem ſpeciem habet, quod pluribus intentus minor ſit ad ſingula ſenſus; quodque à commerciorum tractatione profeſſor abſtinere debeat ideò, *ne cum ad utrumque feſtinat neutrum benè peragat*, uti loquitur Juſtin. *in l. ult. pr. C. de adſeſſor.* & quia *turpiſſimum ſi ſingula rerum miniſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa*. Gregor. *in c.* 1. *diſt.* 89.

27. Sed nec deeſt quod huic iterum reponatur. Nam cum

multi profeſſores naturam cogantur imitari, quæ paucis dicitur contenta & famam ſibi, famem verò liberis plerumque relinquant, uti memorat Limnæus *de jure publ. lib.* 8. *c.* 3. *n.* 24. & vacuum quod philoſophi invenire nequeunt, in crumenis profeſſorum & ſtudioſorum reperire detur, uti poſt Rebuffum *ad auth. habita. C. ne fil. pro patre.* tradit Carpzov. *lib.* 2. *Iuriſpr. conſiſtor. tit.* 25. *def.* 396. *n.* 14. atque eorum hereditas ſæpè ſine corpore non juris intellectum habeat, uti eſt in *l.* 50. *ff. de hered. petit.* ſed in juris intellectu ſolo conſiſtat. Carpzov. *d. tit. def.* 410. *n.* 5.

28. Quis iis ſolis invideat lucrum ex commerciis capere ut æquè ac alii homines liberis aliquid comparcant? Cum ea etiam per inſtitores curare & tamen ſpartam quam nacti ornare queant, non ſecus ac ii qui Principibus ab arcanis ſunt, quos alibi per averſionem vini pecudum metallorumque emtionem & venditionem contraxiſſe benè novi, ideòque æquitas id ſuggerit, licet jure deficiamur. *l.* 2. *§.* 5. *in fi. ff. de aq. pluv. arc.*

29. Rarò enim accidere ut diſcipuli hodiè re ipſâ fateantur cum Aquilio Regulo *in l.* 27. *ff. de donat.* ſe eloquentiâ & diligentiâ ſuorum præceptorum meliores redditos, ſed multos inter fortia Academica facta numerare, hunc vel illum profeſſorem ſe fraudaſſe honorario. Ex quo nec *viginti millia* facilè obveniunt, quæ pœnæ loco Grammatici à ſe firmandæ ſocietatis gratiâ ſtipulati proponuntur in *l.* 71. *ff. pro ſocio.*

30. Vix etiam ſperari poſſe ut priſca redeant tempora, quibus liberalitatem ſuam abundè literatis exhibuerunt Principes, quorum nomenclator atque laudator eſt Joan. à Chokier *theſaur. polit. lib.* 1. *cap.* 11. Inter quæ exempla & meritò referendum ſtipendium ejus qui in Academiâ Auguſto-Clivenſi bonas literas docuit. Scribit enim Eumenius rhetor de ſe ipſo, quod ſexcenta millia nummûm ei pro ſtipendio data, quæ facere quindecim millia Philippæorum, interpretatur Lipſius *de magnit. Rom. lib.* 4. *cap.* 10.

31. Aliud Carpzovii de dolo facilè largior. *arg. l.* 37. *pr. ff. de*

minor.

minor. l. 1. *C. ubi ſenator.* Sed vereor valdè ne hæc reſtrictio ſit ſine re, nam dolum non tantum ex propoſito ſed ex re & quidem disjunctim æſtimat. Cur ergò non permitteretur iis ſolidariam mercaturam exercere, neque enim ſemper ea cum avaritiâ & mentiendi arte eſt conjuncta, licet id ſibi perſuaſiſſimum habeant Jappanenſes, uti narrat Fr. Caron. *deſcript. Iappan quæſt.* 9.

32. Neque hoc profeſſoribus dedecori eſſe putes, quod Principum conſiliarii, quorum tamen dignitas major, faciunt ipſi. Ut non memorem in nonnullis Germaniæ Academiis profeſſores tabernas cereviſiarias aliquandò exercuiſſe atque minutatim nec non ad conſumtionem cereviſiam vendidiſſe zythique diſtrahendi privilegium profeſſoribus Francofurti ad Oderam competere, ita tamen ut inſtitoris, eam in loco cui nomen die Carthaus promentis, utantur operâ.

33. Adſertâ profeſſoribus commerciorum libertate, & demonſtrato per illa eorum dignitatem non minui, facile jam erit judicare, an ſi ſolvendo non ſint carceri mancipari queant? Sanè ſi doloſè contrahant grande æs alienum & fugæ rei ſint, tunc tanquam fures puniendi, uti generaliter ait Legiſlator. *Ius Omland. lib.* 2. *art.* 18.

34. Si autem callidè & per fraudem nil egerint ſed novercante fortunâ & quod in eorum ſede cum Minervâ noluerit morari Juno, lapſi facultatibus ſint, tunc licet mercaturam magnariam tractaſſent, tamen eos haut in carcerem detrudendos eſſe ſentio. Nam negotiatio ea iis non interdicta ſed ad exemplum aliorum permiſſa, quare pœnam non meretur. *arg. l.* 4. *C. ad L. Iul. de adult.*

35. Quod etiam ibi locum habebit, ubi ex privilegio mercaturam minorem exercent. Ne quod in favorem eorum conſtitutum eſt quibusdam caſibus ad læſionem illorum inventum videatur. *l.* 6. *C. de legib.* Et licet privati ſic damnum patiantur tamen eorum commodum cedere debet utilitati publicæ. *c.*4.*n.*32.

36. Publicè autem intereſt eum, qui ſingulari docendi dono

inſtructus, *ἀκροάσεις* facere potius quàm in carcere deliteſcere; *arg. l. ad beſtias. 31. pr. ff. de pœn.* Quam ob rem in Bavaria eorum ſtipendia præcludi nequeunt. Balthaſar. *d. tit. reſol. 6. n. 29. in fi.* Is autem qui ſe non utilem ſtudentibus præbet eo privilegio gaudere non debet, cum ex præſcripto *l. 3. C. de profeſſ. & med.* ab officio removeri poſſit vel nonnunquam ſalarii pars ei auferatur. Sed ab hac totâ re libera nos domine!

37 Hoc maximè in Galliâ & Belgio oret mulier, nam licet jure civili ob æs alienum in carcerem detrudi nequeat, *auth. hodie. C. de cuſtod. & exhib. reor. Nov.* 134. *c.* 9. Peckius *d. l. n.* 14. Hunn. *d. tit.* 26. *c.* 1. *n.* 16. Carpzov. *d. conſt.* 22. *def.* 19. *n.* 3. Jacob. Monach. *de jure arreſti. cap.* 7. *n.* 14. in illis tamen locis id non ſervatur, ſed ſeparatim à viris carceri mancipatur, uti poſt multos adductos auctores memorant Groenewegen *de LL. ad d. auth. n.* 2. Simon. à Leuwen *lib.* 4. *cenſ. for. c.* 46. *n.* 8. *& ad Peck. d. n.* 14. Jus Omlandicum etiam indiſtinctè loquitur. *lib.* 2. *art.* 17.

CAPUT. XXX.

Memorantur pacta publica gentium inferioris Germaniæ & Belgii, quibus arreſta ultrò citroque prohibita, ſolâ fugæ cauſâ exceptâ.

1 QUid autem ſentiendum de iis debitoribus, quibus manus injici nequit? Civis civem ejusdem civitatis vel incola incolam ejusdem provinciæ prehendere, ſive uti nunc ajunt, arreſtare nequit. Peckius *d. c.* 16. Joh. Franc. Balthaſar. *p.* 4. *tit.* 19. *reſol. pract.* 6. *n.* 12. Hoc Belgii legibus paſſim cautum. *Lantrecht van Veluwe. cap.* 10 *art.* 1. *Over-Iſſel. p.* 1. *tit.* 5. *art.* 1. *Statrecht van Zutphen tit.* 9. *art.* 1. *Deventer. p.* 2. *tit.* 3. *art.* 2.

2. Jus Omlandicum idem ſancit, *lib.* 2. *art.* 14. quodque ibi dicitur de Omlandis, id ad eos quoque qui in vetere præfecturâ habitant extendi oportere judicatum *in cauſâ* Galto Smit *contra* Warners. 20 *Maji.* 1650. Contrarium jus viget in nonnullis Bojariæ civitatibus. Balthaſar. *d. tit. reſol.* 7. *n.* 3.

3. Ex

3. Ex privilegio etiam non modò civitates ſed & provinciæ integræ libertatem ab arreſtis accipiunt, & tunc ſinguli cives eo gaudent. Mevius *d.c.* 8. *n.* 125. Sic Impp. Otto *anno* 1213. *Verdæ.* & Rudolph. 1290. *Erfurti.* indulſerunt Duisburgenſib. ne arreſtentur, ſub pœnâ C. librar. auri puriſſimi. Quod à ſequentibus & ab Auguſto nunc regnante D. Leopoldo confirmatum vidi.

4. Rudolphus etiam II. conceſſit Principi Wilhelmo Cliv. Jul. & Mont Duci, ut ejus cives & ſubjecti arreſtari nequeant, additâ ſanctione, ut ſi quis contrà faceret, gratiâ Cæſaris non ſolum excideret, ſed pœnâ LX. marc. probi auri plecteretur. *Pragæ die* 1. *Junii.* 1580.

5. Ex pactis publicis, quæ nunc *concordata* appellantur, ſæpè etiam vicinarum provinciarum cives arreſtari nequeunt. Mevius *d.c.* 8. *n.* 130. & 131. Ita convenit inter Groninganos & Drenthinos & ſimile quid pacti inter ſe videntur Sereniſſ. D. Elector Brandenb. ratione Cliviæ atque Marcæ, & Celſiſſ. DD. Ordd. General. *fœdere icto* 1666. *art.* 15.

6. Arenaci in Gelriâ arreſtari jam dudum antea non potuerunt die van Emmerick / Zevenaer / Huiſſen en Lymers/ uti nominatim continetur *in Ord. van proced. binn. Arnhem. art.* 5.

7. Clivii & Marcani prætereà arreſtari nequeunt in diocœſi Colonienſi, principatu Veſtofaliæ & Veſto Richlinghuſano, nec harum provinciarum incolæ in Cliviâ aut Marcâ arreſtantur. *Concord. inter ſereniſſ. DD Elect. Colon. & Brandenb.* 9. *Decembr.* 1652.

8. Ultrò citròque etiam arreſta prohibita inter cives & incolas Cliviæ, Juliæ, Montium, Marcæ & Ravensburgi. Erbvereinig. Hertzog. Wilhelms zu Gulich und Hertzogen Johans zu Cleve/ *anno* 1496. *die S. Catharinæ.* Quod earum quinque provinciarum illuſtres ordines renovarunt *die* 25. *febr.* 1647. *Coloniæ Agripp.* & ab Imperatore Ferdinando III. confirmatum. *Viennæ in Auſtriâ* 30. *Junii.* 1654.

9. Publica ejuſmodi conventio quoque interceſſit inter Johannem Cliviæ Ducem Marcæque Comitem & Epiſcopum Senatumque

tumque Monaſterienſem, adeò ut & inter cives iis ſubjectos ultrò citròque arreſta vetita ſint. *Concord.* 1451. *die B. Barnabæ Apoſtoli.*

10. De quibus autem ſuſpicio fugæ eſt, ii licet arreſtari ex pacto nequeant, rectè tamen capiuntur & carceri mancipantur. Mevius *d. c.* 8. *n.* 98. 132. 133. *&* 134. ſi tamen ex loco domicilii auffugerint vel in eo de fugâ ſuſpecti aut incertis vagentur ſedibus. Nullis enim ii gaudent privilegiis uti eleganter docet in re propoſitâ Balthaſar. *d. tit. reſol.* 9. *n.* 5. *&* 6. & ex ſeparatis & à negatione arreſti ad negationem carceris malè infertur. Andr. Scheffer. *p.* 2. *QQ.* 2. *n.* 23. Monach. *d c.* 7. *n.* 15. Expreſſum id eſt in Oostfr. Hoffger. Ordn. *tit.* 50. *pr.*

11. Cautum & hoc eſt jure Omlandico *lib.* 2. *art.* 14. Et in provinciâ Groning. Omlandicâ vel ideò magis locum habebit, quod ceſſio bonorum in eâ locum non obtineat etiam inter cives, *lib.* 2. *art.* 17. *ibi;* in de hechte laten ſetten op 3. Groen. ſt. dagers: etiamſi non ſuâ culpâ ſed fato & fortunæ inclementiâ facultatibus lapſus ſit debitor, uti judicatum tuſſchen Hans Claeſſen en Menſo Folckers. 2. *Decembr.* 1641.

12. Cum autem Princeps fœderatæ ejusmodi vicinæ provinciæ non niſi temerariè ſuſpectus fugæ dici poſſit, non mirum ſi graviter ille ferret vaſa ſua argentea arreſtari in eo loco, in quo ſibi ſubjecti ſiſti non poſſent. Maximè ſi regum opes ampliſſimo imperio æquaret. *arg. l.* 15. *pr. ff. qui ſatisd. cog.* Neque enim cum caput ſui populi ſit, ejusmodi pacto excluſus dicendus, *arg. l.* 44. *ff. de ædil. edicto.* cumque is ipſe id ſervare teneatur, & alii eo tenebuntur. *l.* 19. *ff. de V. S. l.* 5. *C. de obl. & act.*

13. Nec curo quod hic & alibi uſu introductum, ut mobilia tamen eorum qui arreſtari nequeunt, ſiſtantur. Id enim non ſequendum, quia contra rationem. *l.* 39. *ff. de ll.* Nam res mobiles ſequuntur perſonam; Weſel. *ad nov. Ultraj. art.* 1. *n.* 13. etiam ratione fori. Guy Coquille *reſp.* 159. Id etiam agitur ut vicinæ provinciæ incola idem jus habeat quod indigena, ſed hujus quoque res arreſtari non poſſunt *h. c. n.* 1. *&* 2.

DISPUTATIO IX.

Reſp. Joh. Henr. Bernhardi, *Wolfshagâ-Haſſo.*

CAPUT XXXI.

Tractatur de tertiâ ſpecie *juramenti perhorreſcentiæ & de pœnâ adulterii atque inceſtus.* Proteſtatio *non juvat delinquentem.*

1 TErtium genus juramenti perhorreſcentiæ ponit Seraphinus de Seraphin. *d. priv.* 7. *n.* 24. in novercâ juvene & pulchrâ, quæ dicit ſe perhorreſcere privignum & metuere valdè ne is ejus pudicitiam adtempet. Nam cum hoc in animo conſiſtat, ſacramento novercæ hâc in re ſtandum eſſe ſcribunt etiam Aymo Cravetta *conſil.* 268. *n.* 3. *verſ. nonò.* Hieron. Gratus 2. *reſp.* 2. *n.* 41. & *reſp* 11. *n.* 33.

2. Et ſi quis dicere velit, durum eſſe filium à patre ſeparari. *l.* 11. C. *Comm. utr. jud.* Is ſciat honori patris hac ratione proſpici, atque cogitet crimen, quod hic patrari poſſet, ſævum dici *in l.* 19. *C. de epiſc. & cler.* & ideò ei omnem occaſionem præcidendam eſſe. *arg. l.* 1. *pr. ff. nautæ caup. ſtab.*

3. Rationem datam eſſe novercæ, per quam improbum amorem vincat, ſi allegaveris ex dictis *c.* 21. *n.* 8. reſponſum dabit tibi Seraphin. *d. l. n.* 26. quod licet ſpiritus promtus, caro tamen ſit infirma. *Matthæi.* 26. 41.

4. Memineris enim, quod *forſitan & juvenis hoc non patiatur nec poſſit contra fervorem naturæ reſiſtere*; uti ait Juſtinian. *in Nov.* 2. *c.* 3. *pr.* quodque mulieres indiſcretæ ſint & tàm magis quàm minus amare queant, teſte eodem Auguſto *in Nov.* 18. *c.* 5.

5. Quare *omnes quidem, ſecundum quod poſſunt, caſtitatem agere* licet præcipiat *in Nov.* 14. §. 1. ibi tamen pergit dicere; *quia verò plurima ſunt humana: cum arte & dolo & neceſſitate quaslibet talium ad luxuriam deduci omnibus prohibemus modis*: Amore etiam quaſi veneno infici animos perditorum agnovit Conſtantin. *l.* 1. *C. de natur. lib.*

6. Ut huic jurijurando hoc in caſu locus eſſe debeat. Nam uti canit Ovidius *lib.* 1. *de remed. amor.*

V *Utile*

Utile propoſitum eſt ſævas compeſcere flammas:
Et *melius eſt coarctare juveniles calores, ne cupidini dediti triſtem exitum ſentiant*, uti in re aliâ eſt ſermo noſtri legislatoris. *l. fi. §. 5. C. de bon. quæ lib.* Franc. de Petris 3. *feſtiv. lection.* 13. *n.* 199.

7. Horror etiam potuit ortus eſſe ex variis cauſis, quæ nec in publico committi ſolent, *arg. Geneſ.* 39. 12. *& ſeq.* Livius *hiſtor. lib.* 1. *in fi.* nec honeſtè explicari poſſunt, uti ait Cravetta *d. verſ. nond. in fi.* Certum autem eſt quod adulterium clam tentetur & perpetretur, uti infinitis auctoribus probat Giurba *conſ crim.* 37. *n.* 12. *&* 13.

8 Prudens tamen judex ad ætatem privigni ejusque mores advertet etiamque conſiderabit novercæ naturam nec facilè eam ad jurandum admittet niſi quando eſt ſpectatæ inter bonos moderationis, atque diligenter cavere debet ne novercali odio indulgeatur. *arg. l.* 4. *ff. de inoff. teſtam.* Mornac. *ibid.*

9. Quid autem juris ſi noverca non admittatur ad hoc perhorreſcentiæ juramentum & deinde contingat eam cum privigno hoc ſævum crimen committere? Id appellabimus adulterium cum inceſtu conjunctum. *l.* 5. *ff. de quæſtion. l.* 38. *pr. ff. ad L. Iul. de adult.*

10. An autem inceſtus ille ſit juris gentium an verò civilis tantum? non convenit inter auctores. Poſterius quod jure civili inceſtus tantum committatur, videntur velle Hahn. *diſſert. ſel.* 14. *aph.* 43. *&* 45. & D. Leeuwen *cenſ. for. lib.* 5. *c.* 28. *n* 2.

11. Rectius autem jure gentium probris eam rem adſcripſeris cum Papiniano *in l. ult. §.* 1. *ff. de cond. ſine cauſa.* Vulteio *ad pr. I. de nupt. n* 51. Ant. Fabro *Iuriſpr. Papin. ad tit. I. de nupt. princ.* 6. *illat.* 22. Cothman. 3. *reſponſ.* 48. *n.* 7. Celeberr. Ant. Matthæi *de crimin. lib. ff* 48. *tit.* 3. *c.* 6. *n.* 3. Eraſmo Ungepaur *exerc. Inſtit.* 3. *q.* 8. *in Nego.*

12. Nam non tantum Deus interdixit Judæis ne ejusmodi conjunctionem tolerarent, *Levitici* 18. 8. ſed & D. Paulus eam nequidem matrimonii colore inter gentes nominari teſtis eſt,

1. *Corinth.*

1. *Corinth.* 5. 1. Naturalis enim pudor ab eâ abſtinendum monet. Cl. Chriſtenius *de matrimon. differt.* 3. *quæſt.* 11. *&* 14. Chriſtoph. Phil. Richter. 1. *decis.* 10. *n.* 11. *&* 12.

13. Nec obſtat dictum Pauli JC. *in l. fi. ff. de ritu nupt. Iure gentium inceſtum committit, qui ex gradu adſcendentium vel deſcendentium uxorem duxerit. Qui verò ex latere eam duxerit quæ vetatur vel adfinem quam impeditur:* Reſpondet (1) Ungepaur *d. q.* 8. *inſi.* quod loquatur de adfine quæ ex latere conjuncta eſt. Reſpond. (2) quod unius incluſio non ſit alterius, quod alibi *in d. l. ult. ff. de cond. ſine cauſa* includitur, excluſio. Reſp. (3) Quod hujus rei deciſio non ex unius JCti ore, ſed ex eo peti debeat, quod recta ratio inter omnes peræque gentes ejusmodi rem improbaverit, uti *arg. §.* 1. *I. de I. N. G. &* C. novè id declaravi *inſpicil. ad §.* 2. *I. de nupt. n.* 11. *& ſeq.*

14. Qua pœna autem hoc crimen duplex expiandum ſit, nunc examinare convenit? Mulierem ſimiliter ac marem puniri reſpondit Papin. *in l.* 38. *pr. ff. ad L. Iul. de adult.* & Sixtus V. in terris eccleſiæ ſanxit. Bajard *ad Iul. Clar. lib.* 5. *recept. ſent. §. inceſtus. n.* 11. Quo autem genere ſupplicii id non definit, ſed deportationem in inſulam videtur in id ſtatuere Marcian. *in d. l.* 5. *ff. de quæſtion.*

15. Cujus rei ratio hæc reddi poteſt, quod ante Conſtantinum M. adulterii pœna ordinaria non fuerit mors naturalis, uti paucos bonoſque ſenſiſſe ſcribit Lipſius *ad Tacit.* 4. *Annal. excurs. lit. A.* Cujac. 6. *obſ.* 11. *&* 19. *obſ. pen.* Ræyard. 4. *varior.* 6. Hotoman. *illuſtr. QQ.* 23. Bachov. *ad Treutl.* 1. *diſp.* 7. *th.* 5. *c. &* 2. *diſp.* 32. *th.* 2. *d.* Marcil. *ad §.* 4. *I. de publ. jud.* Vinn. *ibid. & de tranſact. c.* 7. *n.* 17. Vultej. *diſcept. ſchol. c.* 11. Cothman. 3. *reſponſ.* 48. *n.* 46. Ant. Matthæi *de crimin. d. tit.* 3. *c.* 2. *n.* 1. Wiſſenbach. *diſp. ad tit. de V. S.* 26. *th.* 13. Diſſent. Coraſ. 2. *miſcell.* 1. *n.* 7. Goeddæ. *ad l.* 101. *ff. de V. S. n.* 4. Ungepaur *exerc.* I. 16. *th.* 11. Ludwell. *ad d. §.* 4. *n.* 10. *& ad Weſenb. parat. ff. ad L. Iul. de adult. n.* 10.

16. Quapropter hodiè omninò diſtinguendum arbitror, an hoc duplex crimen admiſſum ſit in iis locis ubi pœna capitis ſtatuitur in adulteros? & ibi mortis rei erunt non tantum privignus, atque noverca; *id enim remoto etiam* inceſtu *eveniret*, *arg. d. l.* 38. *pr.* Berlich. *p.* 4. *concl. pract.* 34. *n.* 4. Zieritz. *ad Nemeſ. Carol. art.* 117. Carpzov. *p.* 2. *prax. crim. q.* 74. *n.* 67. Coler. *part.* I. *deciſ.* 174. *n.* 5. ſed & vitricus ſe vivâ ſuâ uxore cum ejus natâ polluens eadem mortis pœnâ adficietur, uti pronuntiarunt ICti Jenenſes apud Richter *ad auth. inceſtas. C. de inceſt. nupt. n.* 10.

17. Quanquam enim maritus cum innuptâ muliere rem habens non committat adulterium, Hartm. Piſtor. *obſ.* 182. *n.* 31. Treutl. 2. *diſp.* 32. *th.* 2. *b. ibique* Bachov. *in not.* Perez. *C. ad L. Jul. de adult. n.* I. Ludwel. & Hahn. *ff. eod. n.* 4. Mæſtert. *lib.* 2. *de juſt. LL. Rom. dub.* 14. aliud tamen ſanxit jus Pontificium; *c. nemo.* 32. *q.* 4. quod Theologi ſequuntur, *arg. Matth.* 19. 9 *Marci* 10. *Luca.* 16. 18. Ant. Matthæi. *d. tit.* 3. *c.* I. *n.* 12. Vinn. *ad §.* 4. *n.* 4. Paul. Berens. *diſp.* I. 18. *them.* I. *q.* 5. atque Carolus V. probavit *in* P. H. O. *art.* 120.

18. Et licet nihilominus non ineptè defendi poſſit, ejuſmodi adulterium moribus gentium Chriſtianarum ſic dictum, non aliter quàm ſtupri pœnâ coërcendum eſſe ex ſanctione juris civilis, *in l.* 6. *§.* I. *ff. d. t.* ad quod ſe Carolus V. remittit *in d. art.* 120. atque ideò ſic judicandum eſſe tradant Bachov. *ad Treutl. d. th. lit. d.* Carpzov. *p.* 2. *prax. crim. q.* 53. *n.* 56. *& ſeq.* Hahn. *ad Weſenb. d. tit. n.* 19. gravius tamen quam ſtuprum eſſe crimen ex ratione naturali & juris divini nemo inficiabitur.

19. Quare ſi id cum inceſtu juris gentium & cum privignâ commiſſo concurrat, tunc propter hoc ſcelus etiam naturalis mortis ſupplicium reo rectè inrogatur. Nam & *ocurrit quod hic duplex admiſſum eſt*, uti IC. ait in *d. l.* 38. *§.* I. quod gravius quàm ſimplex puniri debet. *arg. l. un. pr. C. de raptu. virg.* Ant. Matthæi *d. tit.* 3. *c.* 6. *n.* 5.

20. Et ita etiam ſentit Jul. Clarus *lib.* 5. *recept. ſentent. §. inceſtus.*

n. 2.

n. 2. Ubi dicit mortis pœnam locum habere ſi cum inceſtu alia ſpecies fornicationis, veluti adulterii vel ſtupri concurrat, & idem docere Grillandum atque Bermondum ſubjicit.

21. Si verò hoc duplex facinus perpetretur ubi pœna adulterii non eſt capitalis; veluti id de Belgio aliiſque provinciis ex ipſis rerum monumentis oſtendit Ant. Matthæi *d. tit. c.* 2. *n.* 4. Ubi & juris Omlandici mentionem facit: ſed mulcta 80. *thaleror. Hollandic.* quæ hoc jure in adulteros ſtatuta, aucta fuit nuper in urbe. Adeò ut adulterium ibi puniatur 300. *ejuſmodi thaleris & infamia*, uti Ampliſſ. Ord. Groning. placuit *edicto* 19. *febr.* 1669. Mortis etiam pœna in Cliviâ & Marcâ hodiè non obſervatur, ſed gravior nummaria vel ſi in ære non habeant mitior aliqua iis inrogatur.

22. Iis in locis id virgarum ictu & relegatione luendum arbitror cum Cothmanno *d. reſponſ.* 48. *n.* 19. Qui de vitrico adulterium inceſtumque cum privignâ committente agit & ſui dicti non tantum auctorem citat Joan. Fichardum 1. *conſil.* 65. *n.* 4. ſed & Francofurti ad Mœnum atque alibi ita judicatum & ab ordine ICtorum in Academiâ Roſtochienſi ſic reſponſum memorat, *d. reſp.* 48. *n.* 24. *& in fi.*

23. Quodque magis ſpectandum, is pro tuendâ ſuâ ſententiâ novem adducit rationes in theſi & duas quæ facti ſibi propoſiti propriæ, atque prætereà ad decem argumenta contraria reſpondet, quæ hic connotare nolui, malui enim eſſe nomenclator & index quàm plagiarius. Ex illis autem apparet id fortiore ratione dici de privigno ſcelus hoc duplex cum noverca committente. *arg. d. l.* 6. *§.* 1. *ff. ad L. Iul. de adult.*

24. Diſſentire quidem videtur Ant. Matthæi, qui *d. tit.* 3. *c.* 7. *n.* 6. *in fi.* inceſtui contra jus gentium admiſſo pœnam capitis ponit ratione utriuſque ſexus. Cujus viri judicio etiamſi lubens multum tribuam, hac tamen in re ab eo diſceſſionem facere cogor. Is enim ignorare non potuit adulterium infamiâ & nummariâ pœnâ atque rarius exilio hodiè in Belgio atque alibi coerceri, inceſtum autem eum nunquam jure noſtro morte plecti. *d. l.* 5. *ff. de quæſtion.* Carpzov. *p.* 2. *prax. crim. q.* 72. *n.* 8.

25. Nemo

25. Nemo ergò facilis eſſe debet in ultimi ſupplicii pœnam hoc in negotio definiendam & ex duobus diverſi generis criminibus, quorum unum pecuniâ luitur & alterum fuſtigatione & relegatione, unam facere invitâ Aſtreâ ſpeciem quæ capitali pœnâ plectatur, nam ea Dea quamquam ultima Cœleſtûm terras reliquerit, nos tamen hoc docuit, ne pœna interpretatione extenderemus; *l.* 42. *ff. de pœn. & c. odia. R. I. in* 6. in term. terminant. Hartm. Piſtor. *obſ.* 182. *n.* 14. *&* 41.

26. Difficilem ſe nemo præbebit, qui ſciverit hoc genus inceſtus à quodam Vincentio Malduro patrati 24 *Junij* 1554. pœnâ pecuniariâ ex inſtituto loci definitâ, Mediolani coercitum fuiſſe, uti narrat Clarus *d.* §. *inceſtus. n.* 2.

27. Præſertim ſi ei dixero, quod Carpzov. *d. q.* 72. *n.* 17. differens de locis ubi adulterium morte punitur, ſic ajat; *ſtat ergò ſententia, quod de jure communi nullo modo inceſtus nequidem cum adulterio commiſſus, excepto eo caſu, quo etiam de jure civili adulterium ultimo ſupplicio punitur, pœna mortis coerceri debeat; Quam ſententiam ut mitiorem & veriorem conſectandam & extra Elect. Saxon. ſecundum eam pronunciandum eſſe, nullus dubito:*

28. Ut ratio habenda non ſit ejus, qui Clari tanquam hominis Itali atque ideo hac in re Judicis haut idonei pronuntiatum rejecerit, nam & prætereà ſeveriorum morum exactor Hartm. Piſtoris graviter hanc ſententiam de pœnâ mortis non irrogandâ defendit *d. obſ. n.* 13. *& ſeq.* atque virgarum cæſionem & relegationem tàm marito quàm fœminæ dictam refert. *d. obſ. n. ult.* Berlich. *p.* 4. *concl.* 35. *n.* 9. *& ſeq.*

29. Mores Belgii hoc ferè ſequi teſtatur Simon. à Leeuwen. *lib.* 5. *cenſ. for. c.* 28. *n.* 6. Ubi etiam dicit quod inceſtum ſcripti juris Romani pœnâ coërcendum eſſe definiat Polit. Ord. Holland. *art.* 18. & Zeland. *art.* 33. memoratque inceſtum filii cum matre commiſſum nequidem mortis pœnâ ſed fuſtigatione & relegatione nec non publicatione bonorum ex ſententiâ curiæ Hollandiæ expiatum fuiſſe 19. *Nov.* 1612.

30. Quod

30. Quod ergò LL. Daventr. *p.* 4. *tit.* 4. *art.* 9. cavetur, ut *inceſtus* morte mulctetur; id de eo qui inter parentes & liberos patratur tantum accipere fas eſt. Berlich. *p.* 4. *concl. pract.* 32. *n.* 13. Carpzov. *p.* 2. *prax. crim. q.* 72. *n.* 21. & 22. Nam nequidem Saxones cætera duriores, inceſtum adfinium ultimo ſupplicio puniunt; Carpzov. *d. p.* 2. *q.* 74. *n.* 9. & *ſeq.* & quod magis eſt, hoc non ſtatuunt in fratrem ſe cum ſorore polluentem, uti docet idem Carpzov. *d. p.* 2. *q* 73. *n.* 2. 12. & *ſeq.*

31. Ut fruſtrà D. Ant. Matthæi rationem ſuæ opinionis arceſſat inde quod jure gent. inceſtus committatur, uti etiam benè obſervat Cothman. *d. l. n.* 42. & 43. Qui & declarat, non movere nos debere quod inceſtui adfinium capitis pœna poſita ſit jure Ebræorum: *Levitici* 20. 11. & 12. quia inter omnes conſtat ejus pœnam non ſervari aliter quàm ſi lege aut moribus utentium ſit recepta. Cothman. *d. l. n.* 40. Et cur adulterium non mortis pœnâ coercetur hodiè? hoc utique etiam lege Dei capitale eſt Groeneweg. *de LL. abrog. ad* §. 4. *I. de publ. judic.* Leewen. *d. lib.* 5. *c.* 26. *n.* 2.

32 Objiciat quis nuper vitricum, qui duplex id crimen cum privignâ admiſerat, hic Groningæ gladio punitum fuiſſe. Sed memineris non id ſolum, ſed alia plura & graviora ſcelera eum quoque patraſſe, adeò ut non duriore quàm quidem fas erat, ſed mitiore quàm leges præſcribunt, adfectus & gratia quodammodò ei facta fuerit, uti conlegas ex dictis *c.* 2. *n.* 38.

33. Et cum privigna furti ſœpius admiſſi particeps non eſſet ſceluſque nefarium pati coacta nec non muliebris patientiæ legem initio non accepiſſet volens, optimâ ratione ſimilitudinem ſupplicii, quâ aliàs adfici debuiſſet, in eam non ſtatuit ampliſſimus ordo; ſed nec virgis quidem eam cædi juſſit eique tantum pro manſione perpetuâ ergaſterium adſignavit, ut in eâ fuſtitudinâ ferricrepinâ inſulâ operas faciat, quæ exhibentur ab iis qui in eam damnantur.

34. Senatus enim rationem habuit ætatis. *l.* 38. §. 7. *ff. ad L.*

Iul.

Ial. de adult. Angel. *de malefic. verb. che hai adult. n. 76.* Berlich. *d. p. 4. concl. 32. n. 31. & 32.* Spectavit & alias circumſtantias veluti vim primò ei illatam atque ex metu majoris mali fuiſſe ab eâ poſteà toleratum, eam ingenuè cuncta ita confeſſam, ut dolo carere videretur. Certum autem eſt quod & ſi inceſtum cum genitore filia committat, wegen der jugend oder anderer wichtigen umbſtände linderung ſolcher ſtraffe für zu nehmen / ideſt, *propter ætatem minorem vel alias graves circumſtantias mitigationem ejuſmodi pœnæ fieri debere:* uti Elector Saxoniæ edixit apud Carpzov. *d. p. 2. q. 72 n. 48. & 49.*

35. Neque etiam ad conſequentiam trahendum exemplum noviſſimum, quod contigit *die 27. Aprilis hujus anni 1669.* Quod enim gladii pœnâ adfectus fuerit is homo, id non propter ſolum adulterium cum privignâ admiſſum factum crede ſed ob furta, atrociſſimam & cum vi publicâ conjunctam injuriam aliaque facinora capitis pœnam paſſus. *arg. d. l. un. pr. C. de raptu virg. & vid.* Conlegas id inde quod privigna licet nupta eſſet, pridie virgis cæſa & in perpetuum relegata fuerit, quæ propter circumſtantias *h. c. n. 34.* enarratas, hoc autem in caſu ceſſantes, aliàs ſimili ſupplicio mortis plecti debuiſſet. *d. l. 5. pr. ff. de quæſtion.* Ant. Matthæi. *d. tit. 3. c. 7. n. 6.* D. Brouwer. *2. de jure connub. 17. n. 11.*

36. Num verò inter circumſtantias quæ pœnam minuunt etiam profeſſio novercæ perhorreſcentis referri mereatur? nunc tractemus. Proteſtationem factam ſuper eo quod jus non patitur, haut valere docet exempliſque demonſtrat Mart. de Ve *tract. de proteſt. n. 25. & 26.*

37. Et licet Mart. Nigrinus *tract. eod. verb. denunciatio. n. 40. & ſeq.* tradat, quod id officium ſuum perdat, ſi ex uno facto enormi diverſæ delictorum ſpecies oriantur, atque ita videri poſſet eam novercam tanquam adulteram dote privari & privignum à ſuo patre exheredari non poſſe, id tamen probandum non eſt, quia neceſſario ex ejuſmodi turpi & jure naturæ proboſo duplici facinore effectus varius ſequitur. Nigrin. *d. l. n. 44.*

Cap. XXXII.

DISPUTATIO X.

Reſp. Joh. R. F. Robers, *Groningano.*

CAPUT XXXII.

Tentatur quartam *juramenti perhorreſcentiæ* ſpeciem *locum habere in puellâ declinante habitationem.*

1. PRo quarto ego id ad puellam quæ ſub curatoribus eſt, extendendum arbitror. Licet enim matre orbata ſit vel apud eam morari vetante prætore non debeat, maxime apud curatores educanda ſit ideò, quia eorum officium eſt ut pupillos & minores fidei ſuæ commiſſos tot den beſten leeren en holden ſullen. *Ius Omland. lib.* 3. *art.* 25.

2. Ideſt curatores hodiè, quia cura cohæret tutelæ, uti docui in ſpicil. *ad ad pr. I. quib. mod. tut. finit. n.* 1. 2. & 3. atque declaravi *ad* §. 18. *I. de excuſ. tut. n.* 3. & 4. non rebus tantum ſed & moribus præfecti ſunt, adeò ut ad illos nunc quoque ſpectet dictum Pauli *in l.* 12. §. 3. *ff. de admin. tut.*

3. Attamen ſi perhorreſcat eos, qui vel è familiâ ſunt tutorum vel curatorum; his enim nominibus hodiè promiſcuè utimur, aut pertimeſcat alios, qui horum domum frequentant, hoc jurejurando illam habitationem declinare poterit. *arg. c.* 31. *n.* 3. & *ſeq.*

4. Obſervandum enim eſt magiſtratui, ut eam non ſinat educari apud eos vel in iis ædibus, ubi reperirentur qui pudicitiæ ejus inſidiari poſſent. *l.* 5. *ff. ubi pup. educ.* Ludov. Molina *de I. & I. tract.* 2. *diſp.* 224. *n.* 7.

5. Sic ut minima cauſa vel ſuſpicio ſit ſufficiens, ut apud eos, in quibus ea hæreat, non ſit puella educanda, uti tradit Pariſius 1. *conſil.* 56. *n.* 8. quem ſequitur Don Garſias Maſtrilli *lib.* 3. *deciſ. Sicul.* 230. *n.* 25.

6. Inter omnes quoque conſtat fragile & infirmum eſſe hujusmodi ætatis conſilium & multis captionibus ſuppoſitum, multorum inſidiis expoſitum, uti ait Ulpian. *in l.* 1. *pr. ff. de minor.*

7. Quod in hoc caſu vel ideò magis locum habet, quod agatur de fœmineo ſexu, cujus non tantum magna eſt imbecillitas; *l. 2. §. 2. ff. ad SC. Vellejan.* atque in libidinem ita is magis proclivis, ſi credimus Tiraquello *LL. connub. 9. n. 90. & ſeq.*

8. Sed in quo facilius macula conſpiciatur, cum ab eo mares majorem caſtitatem deſiderent. Gloſſ. *in l. palam. §. quæ in adult. ff. de ritu nupt.* Cl. Goeddæ. *ad l. 101. pr. ff. de V. S. n.* 4. Carpzov. *p. 2. prax. crim. q. 53. n. 15.*

9. Sicuti autem *citò flores pereunt, citò violas & lilium & crocum peſtilens aura corrumpit*: ita quoque comparatum eſt cum famâ virginis, uti teſtis eſt in eam rem locuples D. Hieronymus *epiſt. 15. ad Lætam.*

10. Per impudicitiam etiam ab eâ commiſſam toti familiæ & genti dedecus accidit. Carpzov. *d. n.* 15. Quo & adficitur, ſi ſe matrimonio junxerit viliſſimo capiti aut ei qui diſparis eſſet conditionis. *arg. l. 3. §. 5. ff. de bon. poſſ. contra tab.*

11. Cumque rationi conveniens ſit, potius in tempore prævenire quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere, *l. fi. C. in quib. cauſ. in integr. reſt. non eſt nec.* & apud tutorem, ſi ſuſpicione pravâ laboret, educatio fieri non debeat uti Tholoſæ judicatum memorat Maynard. *lib. 6. deciſ. 50. n. 4.*

12. Summa ratio eſt, ut ſi virgo ejus alteriuſve domum, familiam aut familiares perhorreſcat, admittatur ad educationis propoſitæ rejectionem. Nam major graviorque ſuſpicio eſt in educatione quàm tutelâ, uti pulchrè ſcribit Ferdin. Arias de Meſa *lib. 2. var. reſol. cap. 25. n. 25.*

13. Ea autem rejectio poſſet, ſi ita judici viſum fuerit, fieri hoc jurejurando perhorreſcentiæ. Ut teſtetur ſe ex horrore nolle ibi educari; ne ex calumniâ & ut effreni ſuæ libertati magis indulgeret, illam habitationem detractet, nam malitiis hominum non eſt indulgendum. *l. 38. ff. de rei vend.*

14. Erit etiam, ſi ad hoc ſacramentum provocet, ad illud admittenda, quia horror non tantum in ejus animo conſiſtit & ſic

aliter

aliter probari nequit, *c. 2. n. 26.* Joach. à Beuſt. *ad l. admonendi. ff. de jurei. n.* 101. ſed & potuit ortus eſſe ex cauſis, quas ſalvo pudore ea non poteſt eloqui. *c. 31. n. 7.*

CAPUT XXXIII.

Juramenti perhorreſcentiæ ſpecies quinta. *Agitur de rejectione examinatorum in Academiis & de ſtudioſis ſtipendio gaudentibus.*

1. QUintò hoc inter exempla juramenti perhorreſcenriæ numerat Seraphin. de Seraphinis *d. priv. 7. n. 27.* quod per id ſuſpicio doctoris probari queat; adducens eam in rem Petr. Rebuffum *de privil. ſcholar. priv.* 88.

2. Hic autem auctor ſcribit; *Octuageſimum octavum: quod quando quis reprobat teſtem, debet cauſam allegare & probare. Fallit in ſcholaribus, quibus ſufficit eorum juramentum, quod talem doctorem habent ſuſpectum, ut tenet Petrus de Ravenn. compend. jur. canon. in c. cum cauſ. de offic. deleg. part. 2. & ego vidi Tholoſæ de quodam ſcholaſtico: debet tamen allegare ex quâ cauſâ illa ſuſpicio proceſſerit, quod eſt notandum, quia non eſt veriſimile, quod ſcholaris vellet ſuum doctorem reprobare ſine cauſâ, niſi eſſet ignarus, qui nollet ſuam detegere ignorantiam doctori valde excellenti.*

3. De quâ re autem ei ſermo ſit? indagare lubet. Videtur primò id pertinere ad honorum Academicorum candidatos, ut illi ſuo jurejurando ſolo rejicere queant aliquem examinatorem. Vid. Petr. Lenauderius *de privil. doctor. p. 2. §. 35. n. 49.* Rebuff. *d. tract. priv. 87. n. 1.*

4. Cum autem non facilè ob plura incommoda examinatores eorum, qui ſe in ordinem doctorum tranſcribi deſiderant, ſuſpecti dici queant, uti noviſſimè docet Andr. Mendo *de jure Academ. lib. 1. q. 29. n. 546.*

5. Arbitrarer candidatos non aliter ad hoc juramentum perhorreſcentiæ admittendos eſſe, quam ſi neceſſariò in hac vel illâ Academiâ cooptari deberent: fruſtra autem eos ad id provocare ſi in aliis locis honores ſummos petere iis permiſſum foret. Magis

enim ſubvenitur ei qui ex neceſſitate, quam qui volens quid facit. *arg. l. 24. §. 4. ff. de minor. l. 44. §. 1. ff. de damn. infecto. l. 7. §. 1. in fi. ff. qui ſatiſd. cog.* Menoch. *remed. recup. poſſ. 6. n. 52.* Decian. 1. *reſp. 3. n. 127.*

6. Secundò id nolo diſſimulare, mihi videri tàm Lenauderium quam Rebuffum commodè quoque accipi de ſtudioſo cui publicè decretum ſtipendium quique eruditionis examen præſentibus reip. proceribus ſubiturus eſt. At quod cum vel adhibeantur profeſſores, uti hic ante annum ab Illuſtr. & præpot. DD. Ordinib. decretum.

7. Vel ſaltem ab inſpectoribus deſideratur ut profeſſores, quibus ejuſmodi ſtudioſi ſtupendio publico fruentes operam dederunt, manus ſuæ conſignatione teſtentur de eorum progreſſu, uti alibi uſu ſervatur. Ahaſuer. Fritſchius *de ſtipend. & ſtipendiat. c. 9. n. 39.*

8. Cumque hac in re ſtetur teſtimonio profeſſorum, Lenauder. *d. p. 2. n. 48.* & odio atque inimicitiæ æque ac favori, aliquando locus dari poſſit; Fürſtl. Sächſ. *ſtipend.* ordn. *art. 1.* Fritſch. *d. c. 9. n. 12.* nullam video rationem, cur ſtudioſus hoc ſacramento profeſſorem ejuſve teſtimonium rejicere prohibeatur, ſi modò alleget ex quâ cauſâ ſuſpicio & horror proceſſerit. Rebuff. *d. pr. 88. n. 2.* Uti enim hic auctor *d. priv. 87. n. 2.* docet, durum eſt examinari ab iniquo.

9. Neque enim ſufficit, ſi dicat ſe perhorreſcere, ne inſcitiam ſuam magis prodat, quandò per hunc vel illum profeſſorem examinabitur. Rebuff. *d. pr. 88. n. 2.* Stulti enim non debent melioris conditionis eſſe quàm periti. *l. 4. ff. quod vi aut clam.*

10. Et quia allegans propriam turpitudinem & dicens ſe non callere latinè loqui, audiendus non eſt. *arg. l. 5. C. de cond. ob turp. cauſ. l. 18. in fi. ff. de jurejur.* Cardin. Tuſchus *tom. 8. lit. T. concl. pract. 404. n. 1.* Cludius *de cond. ob turp. cauſ. c. 3. n. 105.* Barboſa *ad d. l. 5. n. 4.*

11. Quamobrem ſi is qui ſtipendio gaudet publicus ſit ſtudioſus latiniſque verbis fari nequeat, non minus quàm ſi nullos vel

valdè

valdè exiguos fecerit in ſtudiis boniſque artibus profectus, aut vitæ turpis ſit, vel cum ſcandalo eam tranſigat, eo ſtipendio carebit atque privabitur. D. Fritſchius *d. tract. cap. 11. per tot.*

12. Puniri etiam præthereà poteſt ut mendax, veluti ex Geminiano & Abbate docet Lenauder. *d. tract. p.* 4. *q.* 1. *n.* 4. Pro quibus facit *c. caveie.* 22. *q.* 5. Et omni privilegio indignus eſt. *arg. l. 9. C. de SS. eccleſ. ibique.* Petr. Gilken. *n.* 16. Chriſtinæ. 2. *deciſ.* 10. *n.* 1. Barboſa *ad. d. l. 9. n. 5.*

13. Qualis ſi etiam ex poſtfacto deprehendatur & lectiones atque collegia eum non frequentaſſe ſciatur; *arg. d. l. 9. ibique Brunneman. & Barboſa d. n. 5. Lenaud. d. tract. p. 1. n. 50.* tunc condictione vel ex turpi vel ex injuſtâ cauſâ id repeti ab eo poterit. *l. 1. §. 1. l. 4. §. 2. ff. de cond. ob turp. cauſ.*

14. Ubi enim ratio beneficii ceſſat, ibi etiam beneficium ipſum ceſſare debet: Kremberg. *de ſumt. ſtudior. q. 1. memb. 4. lim. 5. n. 72. & 74.* & mutatâ cauſâ mutatur etiam jus ejus ratione conſtitutum. *l. 1. ff. de cond. ſine cauſ. l. 52. C. de SS. eccleſ.* Fritſch. *d. c. 11. n. 11.*

15. Qui optimè ait; *cum enim beneficia ejuſmodi eleemoſinæ cenſeantur eſſe, impiè faciunt, graviterque peccant illi, qui eas abliguriunt:* atque ideò legum auxilium iis denegari oportet. *arg. l. 37. ff. de minor.* Joh. de Platea *ad l. un. C. de collegiat. & chartopr.* Horat. Lutius *tract. de his qui gaud. priv. ſchol. n. 7. in Oceano Iur. tom. 18. p. 88.*

16. Ut impia cenſeri debeat doctrina Baldi quem memorat Rebuffus. *d. tract. priv. 19. n. 1. ſeq.* ſtudioſum non-poſſe prohiberi, ne meretricem recipiat in ſuum cubiculum. Contra quod ex Joan. Fabro Rebuffus *d. priv. 19. n. 5.* graviſſimis verbis licet parum latinis optimè diſſerit.

17. Adeò ut exſtimaverim eum per contubernales perhorreſcentes ejici ædibus poſſe, ſi jurejurando adſererent, quod ex hac vel illâ cauſâ ſuſpicarentur illum cum puellis, aliâ ſub ſpecie quidem ad eum accedentibus litare Veneri & ſe valdè metuere ne aliquandò vino hilariores facti, ſe cum iis miſcerent. Adi Rebuff. *d. tract. priv. 21. n. 1.*

18. Nec obſtat quod pro meretrice haberi nequeat ea, quæ veſte meretricia vel ſigno non eſt induta aut notata. *arg. l.* 15. *ſ.* 15. *ff. de injur.* Nam plus debet valere quod in rei veritate quàm quod in opinione eſt. *ſ.* 11. *I. de legat.* Et *hodiè fortè non invenirentur tot ſigna, ſi omnes vellemus ſignare, nam ex omni tribu reperies ſignatas interius non exterius*, uti facetè ſcribit Rebuff. *d. priv.* 21. *n.* 6. *in fi.*

CAPUT XXXIV.

Sexta ſpecies *juramenti perhorreſcentiæ in ſtudioſis & Profeſſoribus propter* peſtem *migrantibus.*

1. CUm de Profeſſoribus & ſtudioſis ſermo ſit, age porrò diſpiciamus, an non aliâ ratione adhuc hujus juramenti perhorreſcentiæ auxilium implorare queant? Studioſum ob metum peſtis locationi & conductioni domus vel cubiculi renuntiare poſſe tradit Rebuff. *d. tract. priv.* 11. *n.* 2.

2. Quod non eſſe privilegium ſed ſcitum in omnes facillimè inducor ut credam. Nam ſi quis ex juſtâ timoris cauſâ emigravit, mercedem non debet. *l.* 27. *ſ.* 1. *ff. locati.* Nemo autem negaverit unquam metum peſtis eſſe juſtum. *c.* 11. *n.* 8. Pantzſchman. *p.* 1. *q.* 13. *n.* 24.

3. Quapropter ad omnes omninò conductores id pertinebit. Barthol. Bolognin. *ad auth. habita. C. ne fil. pro patre. n.* 373. Guido Papæ *decis. Gratianop.* 630. *n.* 4. *ibique* Ferrer. *in not.* Gail. 2. *obſ.* 23. *n.* 7. *ibique* Fabric. *ſect.* 2. Treutler. 1. *diſp.* 29. *th.* 5. *b.*

4. Licet autem is horror ratione *objecti* juſtus ſit, ſecundum id quod ſcripſi *d. c.* 11. *n.* 8. & 9. attamen cum alii iſtam luem valdè perhorreſcant, alii verò ex conſuetudine gentis eam non ita vitent, ne illi temerè & vano timore, hi verò ex malitiâ domum reliquiſſe videantur, hoc ſacramento horror inde conceptus probabitur ex traditis à Mevio *part.* 2. *decis.* 212. *n.* 3. & 4.

5. Ratione *ſubjecti* ſi de horrore per noſtrum juramentum conſtiterit, id & aliis permittendum etiam in publico munere conſtitutis, ſi modò non ſint occupati in ipſius reip tractatione, uti

loquitur

loquitur Seneca 1. *de tranquill.* 3. Hi namque fugere nequeunt. Chriſtoph. Beſold. *conſid. polit. vita & mort. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 3. D. Henr Altingius *tract. de peſte. q.* 1. *pag.* 140.

6. Qui ibi etiam docet miniſtris eccleſiæ id permittendum non eſſe, tum propter officium publicum, quo obnoxii eccleſiæ, tum etiam privatum circa ægros & alios. Ratione tamen officii privati ab eo Veſaliæ, Duisburgi & in aliis locis excuſantur, conſtitutis ad id iis, quos *ægrorum conſolatores* vocant. Sorti etiam committendum eſſe, quis ex paſtoribus in urbe peſte occupatâ manere debeat ex Auguſtino *epiſt.* 80. *ad Honorat. & lib.* 1. *de doctr. Chriſt. c.* 29. tradit Martin. Delrio *lib.* 4. *diſq. magic. cap.* 4. *quæſt.* 1.

7. Abſentem à civitate ob peſtem, dici abſentem ex juſtâ cauſâ tradit Paul. Zacchias *QQ. medico legal. lib.* 3. *tit.* 3. *q.* 1. *n.* 6. & poſt Ludov. Romanum docet Joh. Jac. Speidel. *ſpec. jur. hiſt. pol. lit.* P. *n.* 29. *in addit.* rationem ſubjicit, *Nec mirum quia peſtis à quocunque pro viribus fugienda eſt, nec quis mortis pericula exſpectare tenetur.*

8. Quare profeſſori, qui peſte impeditur legere, honorarium tamen debetur. Walther *de privil. doctor. cap.* 8. *§.* 43. Diethern. ad Beſold. *theſ. pract. lit.* P. *n.* 13. *in addit.* Etiamſi extra urbem excurſionem fecerit ut eam fugeret, uti ſœpius ſe feciſſe & Tholoſæ atque Pictavii factum ab aliis fuiſſe, narrat Petr. Rebuff. *d. tract. priv.* 11. *n.* 3. Quod ante paucos annos contigit in celeberrimâ quadam & aliarum ferè univerſitatium capite academiâ, & tamen anteceſſoribus ſtipendia annua ſoluta fuerunt integra.

9. Nam noſtri homines ajunt, quod is, qui accedit ad locum peſte infeſtum vel in eo moratur, tentet Deum. Maſcard. *de probat.* 1. *concl.* 20. *n.* 1. Ripa *de peſte. partic.* 1. *n.* 8. Zacchias. *d. q.* 1. *n.* 8 & 9. & *conſil.* 71. *n.* 20. Caſus enim peſtis comparatur bello, nam peſtis eſt bellum Dei, cui humanæ vires reſiſtere nequeunt. Ripa *d. tract. prælud. n.* 7. 8. & 9. Joan. Bapt. Gargiar. *conſil.* 47. *n.* 19. & *ſeq.* Læl. Altograd. *conſil.* 69. *n.* 49. Zacchias. *d. l. n.* 22. Et tempus peſtis, cenſetur tempus mortis. Sebaſt. Medices *tract. mors omnia ſolvit. part.* 1. *n.* 139.

10. Atque

10. Atque hæc in tantum vera ſunt, ut & diſcedendi fugiendique jus competat, etiamſi juraſſent ſe manſuros etiam tempore peſtis, ſi ſequimur Reyger. *in theſ. jur. lit. P. n.* 162. Caſp. Manzium *ſpecial. jur. verb. peſtis tempus. n.* 25. Hoc enim jusjurandum ſervandum non eſt. Hieron. Prævidell. *de peſte & ej. privil. tit. ſubjicitur. n.* 2. *&* 3.

11. Nec moveat quod profeſſores tamen in ſcholis profiteri oporteat eaſque etiam ab ipſis ſtudioſis frequentari conveniat uti ὁ μακαρίτης D. Altingius *d. tract. q. ult. per. tot.* Vereor enim ne hoc Theologicum problema ad praxin in civili ſocietate non transferatur, cum conſtet Academias tunc claudi ſolere, uti teſtis eſt Hieron. Prævidell. *d. tract. tit. lecturâ. n.* 1. Ad prius reſpondebit Zacchias *d. conſil.* 71. *n.* 22. quod is qui à publico conductus ad inſolita non obligetur: ubi de medico in fortioribus terminis agit. In quo id ante quadriennium Duſſeldorpii contigiſſe, memini.

12. Ipſa quoque experientia docet fugiendo & arceri peſtem & minui, ejuſque rei etiam reip. rectores ex pio inſtituto rationem habent. Sic ampliſſimus ordo civitatis Groning. *die* 22. *Octobr* 1664. edixit, ut vicinus perhorreſcens peſtem, cogi nequeat ad cadaver vicini ſandapilæ imponendum domumque correptam lue intrandam. *art.* 6. *Ordonn.*

13. Ex quo conſtat horrorem inde conceptum minimè eſſe vanum. *d. art.* 6. die dacrinne ſchroomachtig mochten weſen ofte ſich beſwaert vinden: Non tamen permittendum eſt profeſſoribus fugere ſi peſtis ſit levior, ſed ſi gravior ſit, uti dixi *c.* 11. *n.* 9. & docet Zacchias aliàs privilegia peſtis non habere locum, *d. tit.* 3. *q.* 2. *n.* 4. *&* 36.

14. Ne autem vano metu aut deſidiâ id profeſſores feciſſe videantur, præſtaret ab iis hoc juramentum perhorreſcentiæ exigere. Ad quod juniores facilius quàm ſeniores admittendi, cum hi non tam facile ut illi peſte corripiantur. Prævidell. *d. tract. tit. certum eſt. n.* 4. Gargiar. *d. conſil. à n.* 24. *ad* 32. Altograd. *d. conſ. n.* 51.

CAPUT XXXV.

Adſeritur in lucem ſeptima ſpecies *juramenti perhorreſcentiæ*, *&* *tractatur de* molis *bannariis barbarè ſic dictis atque de jure extruendi molas atque molitorum officio.*

1. TRanſeamus ad molitores & molas & videamus an non ab iis aliquando divortium facere eosque fugere liceat præſtito hoc perhorreſcentiæ jurejurando? Quæ res ut melius percipiatur, neceſſarium mihi videtur præmittere duas regulas noſtræ artis. Quarum prima eſt, quod quilibet in ſuo fundo molam exſtruere poſſit. Sixtin. *de regal. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 51. 52. 53. 55. 57. 69. *&* 70. Petr. Frider. Mind. *lib.* 2. *de mandat. cap.* 38. *n.* 7. Goeddæ. 4. *conſ. Marpurg.* 38. *n.* 7. *& ſeq.* Camill. Borell. *de magiſtrat. edict. lib.* 4. *c.* 7. *n.* 36. Richter. *p.* 1. *deciſ.* 6. *n.* 3.

2. Nec principis aut reip. optimatium deſideratur conſenſus, ſi mola non in flumine publico ſed privato amne aut prædio excitetur. Sixtin. *d. c.* 3. *n.* 45. 69. 70. *&* 72. Modeſtin. Piſtor. 1. *conſil.* 19. *n.* 14. *&* 15. Multo minus requiritur voluntas ejus, qui in eo loco juriſdictionem exercet. Cl. Goeddæ. *d. conſ. n.* 9. Joh. Koëppen *p.* 1. *q.* 20. *n.* 9. *& ſeq.*

3. Ex quo ſequitur quod Imperii Principes & *immediati* ſic dicti *ſtatus*, multò fortiore ratione in ſuis territoriis molas abſque conſenſu Imperatoris ædificare poſſint, uti ex facto conſulti *die* 20. *April.* 1667. reſponderunt & nunquam ſe de ejuſmodi conſenſus adhibitione aliquid intellexiſſe dixerunt excellentiſſimi duo ICti quos *c.* 13. *n.* 6. *& c.* 14. *n.* 1. tanquam rerum, quæ in inferioris ſed & totius Germaniæ tribunalibus aguntur peritiſſimos juxta notiſſimos laudare debui, ut ſi mea ætas neget forenſibus nonnullis negotiis, quorum ſæpè mentionem facio, auctoritatem, eam ab iis, tanquam argumenti hujus cenſoribus, accipiant.

4. Secunda regula eſt; Quemlibet molitum ire poſſe quo vult. Cum id meræ facultatis & ideò alteri, licet adierint ejus molam per mille annos, jus per id non adquiri; Schneidewin.

 de

de feud. p. 2. *q.* 5. *n.* 53. *&* 54. uti pluribus rationibus demonſtrat & à contrariis vindicat Koëppen *d. p.* 1. *q.* 19. *n.* 5. *& ſeq.*

5. Vitiatur autem regula prima, ſi conſuetudine vel lege loci cautum ſit, ut non aliter quàm domini ſuperioris aut principis conſenſu interveniente mola exſtruatur. Koëppen. *d. q* 20. *n.* 14. Petr. Frider. *d. n.* 7. Quod tuetur Struve *de feud. cap.* 6. *aph.* 7. *n.* 5. *&* 13 & eſſe jus Saxoniæ poſt Mod. Piſtor. Rauchbar. & Carpzovium docet Richter *d. dec.* 6. *n. ult.* & Marchiæ Brandenburgicæ; Koëppen. *d. n.* 14. Scheplitz *ad Clammeri promt. jur. tit.* 37. *§.* 2. *n.* 4.

6. Idem conſtitutum in provinciâ Groninganâ & Omlandicâ. Nam edictum, cui *Ordonnantie op 't gemael* titulus eſt, *in art.* 10. ſic habet; **Niemandt ſal nieuwe Coren-molen ten platten lande ſetten / boven deſelve / diewelcke tegenwoordigh zijn/ op de verbeurte van de nieuw getimmerde molen en hondert guld. daer en boven:** & in *ſeq. art.* 11. **Item en ſal niemandt in ſijnen huyſe mogen hebben eenige Roſmolen kleyn ofte groot daer men eenig koren hardt of weeck meede breecken of maelen kan.**

7. Regula altera etiam officium ſuum perdit; ſi vel præſcriptione vel jure ſive ex legibus ſive ex moribus deſcendente id alicui competeret, ut ad molam ejus vicini vel alicujus loci incolæ molitum venire cogantur; Koëppen. *d. q.* 19. *n.* 16. quod genus molæ Germanis audit **Zwang muhle.** Schneidewin. *d. l. n.* 54. Wehner. *theſ. pract. verb.* **Muhln.** Beſold. *th. pract. lit.* Z. *n.* 23. Speidel. *in ſpecul. d. lit. n.* 57. Gallis autem mola *bannalis.* Papon. *corp. jur. Franc. lib.* 13. *tit.* 8. *arreſt.* 1. *&* 3. Belgicè diceres **dwing-meule.**

8. In agro hujus provinciæ etiam molæ ejus naturæ eſſe videntur. Nam in memorato edicto *art.* 3. cavetur; **dat niemandt eenigh koren ſal mogen ter molen brengen buyten des pachters bedrijf daer onder hy woonachtigh is / by verbeurte van 't meel ofte graenen / ende op** *pœna* **van vijfftig Carol. guldens.**

9. Cum

9. Cum autem cenſum rei quoque frumentariæ *impoſitum* & ideò vernaculè *Impoſt* dictum, *Ordon van 'tgemael rubr. & art.* 1. ſi excipias ſocietatem Indiæ Occidentalis; *d. Ordon. art.* 14. etiam reip. proceres atque adeò quilibet præſtare obligetur uti notiſſimus & trito proverbio uſurpatus docet verſiculus,

——*compos, impos, dat cum cuſtode ſacerdos*:

10. Et primâ vice centum; alterâ ducentos, tertiâ verò trecentos aureos Carolinos tanquam mulctam ſolvere cogatur & prætereà ei veluti reip. hoſti provincia interdicatur is, qui defraudaverit fiſci patrimonium, atque cenſum aut non ſolverit aut minus quàm par erat dederit; *Placcaet van de generale middelen. art.* 1. 2. & 4.

11. Illud quoque eo jure hujus provinciæ expreſſum ſit, ut dominus & paterfam. fraudis ignarus ex facto famuli aut ancillæ teneatur; *d. Placcaet. art.* 3. Ubi tamen egregiè poſitam atque albo lapillo notandam reperies reſtrictionem; Quod ſcilicet id locum non habeat ſi liquidò conſtaret abſque ſcientiâ patrisfam id feciſſe familiam ſive famulos aut ancillas, & hi ab illo exhiberentur magiſtratui.

12. Aſt quia τὸ merckelicke bleke ideſt *liquidò appareret* eſt probatu difficile & fraus ratione ancillarum & famulorum ex re ſolâ æſtimari videtur, ut tunc ſi eam admiſerint publicè virgis cædantur; *d. Placcaet. art.* 3. *in fi.* An non melius in tempore prævenire. *arg. l. fi. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit.*

13. Quid enim ſi paterfam. ejuſque uxor ancillæ curam omnem frumenti admetiendi adque molam mittendi commiſerint & ſeriò ſœpiuſque monuerint ne plus ſacco inderet, quam ære redemta charta contineret? Quid ſi ancilla honeſtiſſimis progenita parentibus & ſpectatæ probitatis puella ſit, & adſtante uno teſte domeſtico vel ſola frumentum metiatur & lacunare deſcendens heræ profiteatur plus juſto nil eſſe in ſacco?

14. Quid ſi molitori ſaccum cum eo frumento tradat, iſque tertiâ die redeat & ancillæ dicat ſibi vehiculum ad molam du-

centi obvium factum fuiſſe *inquiſitorem*, vocabulo à Gallis ſumto hic *chercher* appellatum, atque eum deprehendiſſe nimium fuiſſe in ſacco ſibi ab ancillâ tradito?

15. Porrò quid ſi is ancillæ perſaudere conetur, ut ſecum vadat ad inquiſitorem, rem facilè tranſigi poſſe eamque liberam fore ſi modò tres det thaleros imperiales, aliàs *mandatum citationis* vulgò ſic dictum, in promtu fore? Quid ſi paterfam hanc totam rem intelligens ad ſe vocaverit molitorem iſque ſpe promiſſi boni hauſtus venerit, ſed de circumſtantiis interrogatus & variaverit & ad exemplum ejus paſtoris, qui domo profugus Roldæ in Tencteris laciniâ prehenſus, diſceſſerit non exhauſto cantharo?

16. Et quid ſi is domo egrediens ancillæ conſtituat tempus ut ſe atque inquiſitorem accederet atque cum hoc de eâ re ageret, hic autem tunc eam ad conductorem cenſus frumentarii remitteret, is verò conductor nil adhuc ſciverit de eâ re ſed eâ totâ probè intellectâ juſſerit inquiſitorem reddere frumentum ancillæ, atque hoc ab inquiſitore fiat exacto non niſi uno pro cuſtodiâ *ſtufero*?

17. Addam & hoc, quid ſi molitor iratus fuiſſet ancillæ vel ejus heræ, quod bunam ſive hordeum madefactum ex quo cerevifia coquitur, conterendum ad molam aliam miſiſſet atque dixiſſet ſe voluiſſe carere potius imperiali thalero, cum tamen minimè ei tantum pro mercede debitum fuiſſet?

18. Hæc cuncta ſi mihi contingant, an non ſtultus habebor qui non alium elegerim molitorem? Nemo credo id mihi ſuccenſebit. Sed ubi id in arbitrio non eſt molitum ire quo vis, *h. c. n.* 7. & 8. juſtiſſimam horroris cauſam ea tibi præbebunt, vereri enim potes ne molitor, quem ſuſpectum ex ejuſmodi negotio vel ſimili habes & tamen liquidò id probare non potes, tibi faciat fucum & tibi familiæque tuæ damnum inferat, quod reparari ſæpè nequeat *h. c. n.* 11.

19. Quare ejuſmodi paterfam. ad hoc juramentum perhorreſcens

reſcentiæ ad declinandum molitorem admittendus, cum hic major adſit ratio quam in rejectione judicis frequentiuſque agatur de famâ & fortunâ hominis, vel ſaltem par ratio ut idem jus hic ſtatuamus ſuadet. Nemo hoc negabit ſi & hoc fortè accedat, quod molitor & inquiſitor, cum metirentur frumentum nec apparitorem magiſtratus nec teſtes adhibuerint, quod tamen requirit lex. *Inſtructie voor de Cherchers van meulens. art 7.*

CAPUT XXXVI.

In evictionibus habere locum octavam ſpeciem *juramenti perhorreſcentiæ demonſtratur, atque docetur quid ſit* guaranderen *&* inſtrumentum guarentigionatum.

1. IN materiâ evictionis etiam hoc juramentum perhorreſcentiæ locum invenire poſſe videtur. Nam propter probabilem ſuſpicionis metum, emptor, ſi in limine contractus ei lis moveatur, etiam ab eo cui tantum ſub conditione actio competit, vel retinere pretium vel idoneè ſibi caveri, rectè poſtulat. Joan. Franc. Balthaſar. *p.* 2. *tit.* 8. *reſol. pract.* 2. *n.* 4.

2. Cautio autem præſtanda porrò eſt non tantum ratione litis motæ, ſed & pro iis controverſiis, quæ contingere & moveri queunt. Schneidewin. *ad §. actionum. I. de act. n.* 66. Surdus *deciſ.* 295. *n.* 9. Carpzov. *p.* 2. *Iuris pr. for. conſt.* 31. *def.* 31. *n.* 8. Balthaſar. *d. l. n.* 5. Brunneman. *ad l.* 24. *C. de evict.* Cancer. 1. *var. reſol.* 13. *n.* 66..

3. Ne autem malitiis hominum indulgeatur, *l.* 38. *ff. de R. V.* & emptor per calumniam non cauſetur metum futuræ evictionis, judici ſaltem de prædicto timore fidem faciat per proprium juramentum, uti ait Pontifex *in c. ſtatutum. §. cum verò. de reſcript. in 6.*

3. Et cur interpretatione jurisjurandi religionem hic non extenderemus eamque judicis prudentis arbitrio relinqueremus? cum & in eodem evictionis negotio à juris interpretibus tam ab actore quàm emptore juramentum calumniæ exigi poſſe, tradi-

tum nobis ſit. *arg. l.* 1. *C. de poſ. l.* 1. *C. de bon. matern.* Ant. Gomez. 2. *Var. reſol.* 2. *n.* 39. Caſp. Caballin. *de evict. §.* 2. *n.* 9. Nicol. Burgund. *de eviction. c.* 67. *n.* 6. Bathaſar. *d. l. n.* 4.

5. Quod ſacramentum cur non perhorreſcentiæ juramentum appellari debeat, nil eſt quod obſtat, ſed & id ita vocare ratio nos cogit, quia ex horrore & metu proficiſcitur & per id quis enuntiat, ſe non calumniæ cauſâ ſatisdationem exigere. Bartol. & Salicet *ad l. ſi poſt perfectam. C. de evict.* Quare cum ei definitio competat, *c.* 1. *n.* 17. ei rectè etiam adſeritur definitum. Everard. à Middelb. *Topic. loc.* 3. *n.* 1.

6. Inveniet autem hoc ſacramentum vel ideò facilius locum, quod contraria ſententia, ſcilicet ob metum alterius futuræ litis cautionem poſtulari non poſſe, juri magis convenire videatur Petro Heigio *p.* 1. *QQ.* 36. *n.* 60. In quâ & ſunt Fulgoſius, Rubæus & Mudæus, quos memorant & ſequuntur Joan. à Sande *lib.* 3. *decis. Friſ. tit.* 4. *defin.* 9. & Dn. Leeuwen *cenſ. for. lib.* 4. *c.* 19. *n.* 12. eamque judicando Senatus Friſiæ ſupremus ſecutus eſt teſte Sande *d. defin.* 9. *in fi.*

7. Quæ diverſæ opiones medio hujus jurisjurandi in tranquillum conferri queunt, ut prior vera ſit, ſi emptor jurare paratus ſit, ſe horrore angi ob ſuſpicionem futurarum aliarum litum, poſterior autem hactenus ſervetur, ut nudæ metus & ſuſpicionis allegationi non tantum judex tribuere debeat, cujus tamen arbitrio tota res committenda. Menoch. *arb. jud. QQ. lib.* 2. *cent.* 3. *caſu* 224. *n.* 2. *&* 7. Heig. *d. l. n.* 16. *&* 17.

8. Ad publica negotia id quoque transferamus. Hodiè enim frequenter contingit; ut reges & principes pacis fœdera ineuntes, pro ejus conditionibus ultrò citròque ſervandis alios principes aut reſpublicas adhibeant non aliam ob cauſam, quam ut ii qui rerum ſuarum arbitri fruerunt, etiam eos ſecuros eſſe jubeant & promittant, ſe omni modo curaturos ut leges pacis ſartæ tectæ cuſtodiantur; veluti id factum finito bello inter Belgas fœderatos atque Epiſcopum Monaſterienſem nec non inter Gallum & Hiſpanum.

9. Cum

9. Cum verò ſæpè contingat ut alter alterum perhorreſcat, quia multas copias in confines alterius provinciis locos mittit, atque ideò ab arbitris propter promiſſam ab illis ſecuritatem poſcit, ut militem in vicina ſuis ditionibus mittant præſidia, dubitari poteſt, an nudæ metus allegationi tantum tribuendum, an verò non potius ſi ex ratione juris eam rem æſtimare liceat, hoc ſacramentum exigi poſſit? quod adfirmandum videtur. Quanquam non ignorem in iis rebus, quæ ſcitè Gallis *affaires du cabinet* dicuntur, omnia ad umbratici ſtudii lancem exigi non ſolere.

10. Hoc genus rei dicitur *guaranderen*, tractumque eſt à vernaculo waren / quod eſt exponente Kiliano, *tueri, defendere & indemnem ſervare*: à quo & *evictio* waring eſt Grotio. 3. *Introduct.* 14. *n.* 9. Docet autem Kilianus etiam waranderen ejus verbi loco uſurpatum fuiſſe, quod Longobardi dixerunt *guarentizare*, uti videre 2. *Feud.* 34. *pr.* atque Galli & Itali ex conſuetudine gentilis linguæ pronuntiant *guarender*, à quibus tanquam peregrinum nunc hauſimus.

11. Significat autem volkomelick verſekeren: Beſold. *theſ. pract. lit.* G. 89. Inde inſtrumentum *gaurentigionatum* barbarè dicitur, id quod executionem habet paratam. Bened. de Barzis *de guarentigia part.* 1. *q.* 1. & poſt plurimos more ſuo à ſe adductos Wilh. Antonii *de reſcript. morat. concl.* 46. *n.* 1.

12. In Germaniâ ejuſmodi publica inſtrumenta confici poſſe, conſtituit R. A. Zu Speyr *Anno* 1600. §. ob auch auf *obligationes*: Sed hodiè non opus eſt ut eâ in re ſibi proſpiciant contrahentes, cum omnia inſtrumenta clauſulam *guarentigiæ* tacitè in ſe contineant. R. A. Zu Regenſpurg. *Anno* 1654.

13. In provinciâ autem Groninganâ & Omlandicâ neceſſe eſt ad ſupremi tribunalis jurisdictionem fundandam, ut inſtrumento ea clauſula inſeratur verbis van ſubmiſſie om door voor-ſtreven / Heeren mandaten in te mogen vorderen. *Inſtruct. Cam. Hovetman. art.* 21. Ratione modi judicio agendi etiam in Belgiò ſemper ſic obſervatur ac ſi nominatim ea clauſula expreſſa eſſet.

CAP. XXXVII.

CAPUT XXXVII.

In parentibus & liberis ejerandis nona *hujus juramenti* ſpecies *conſpicitur.*

1. PArentes etiam à liberis ejerari poſſe, memoriæ noſtræ prodidit Seneca 6. *de benefic.* 4. *Quid non tàm duri quidam, & tàm ſcelerati patres ſunt, ut illos averſari & ejurare jus faſque ſit? Numquid illi ergò abſtulerunt quæ dederant? minimè: Sed impietas ſequentium temporum, commendationem omnis prioris officii ſuſtulit. Non beneficium tollitur, ſed benefici gratia: & efficitur non ne habeam ſed ne deleam:*

2. Quod tamen jure noſtro diſtinctionem recipit. Spectandum enim eſt, an pater impius peccaverit in uxorem & liberos, aut patriam & Deum tàm graviter ut non orthodoxæ fidei ſit: an verò deliquerit contra alios cives & erga ſe ipſum injuſtus fuerit nec proli ſuæ niſi exemplo nocuerit? Priore caſu exheredari poteſt. *Novell.* 115. *c.* 4.

3. Quod fortiſſimum præbet argumentum ei alimenta à liberis, etiamſi horrorem jurejurando non teſtati fuerint, negari poſſe. *l* 5. *§.* 11. *ff. de agn. & al. lib. ibique* Gothofred. *in not.* Weſenbec. *ibid. in parat. n.* 6. *in fi.* Surdus *de aliment. tit.* 1. *q.* 6. *n.* 2. Petr. Frider. Mindan. *lib.* 2. *de mandat. c.* 54. *n.* 6. Sutholt. *diſſ.* I. 9. *aph.* 59.

4. Et ſi pater hoſtis patriæ judicatus ſit, cum tunc impunè à liberis occidi poſſit; *l.* 35. *ff. de relig. & ſumt. fun.* ridiculum eſſet, ei præſtare alimenta obligari liberos. *arg. l.* 4. *ff. de agn. & al. lib.* Ferd. Arias de Meſa 2. *var. reſol.* 6. *n.* 12.

5. Quanquam autem ſine ſcelere & cum præmio natus genitorem jure civili interficiat, etiamque id factum fuerit per duos nobiles de Falckenſtein; Udalr. Zaſius *ad d. l.* 35. *n.* 12. tamen inſpectâ naturali æquitate & vinculo ſanguinis attento, id fieri non poſſe poſt Bodinum docet Aar. Alex. Olizarov. *de polit. hom. ſociet. lib.* 1. *c.* 10. *§.* 20.

6. Quorum ſententia juvari videtur effato Juſtiniani, quod

exſtat *in Nov.* 12. *c.* 2. ubi ait; *Nam licet legum contemptor & impius ſit, tamen pater eſt*: Deinde pro illis ſtat ratio Papiniani, qui in *l.* 38 *§.* 9 *in fi. ff. ad L. Iul. de adult.* inquit; *nam cujus fama multò magis vita parcendum eſt*:

7. An dicemus cum Chriſtoph. Sturcio *ad l.* 8. *ff. de R. I. n.* 23. quod ea naturalis ratio non attendatur, quia majore ſtudio patria colenda ſit quàm pater liberis? Plato. *de rep. lib.* 15. Planè non! nam licet ſciam quod jus civile juri naturæ non per omnia ſerviat, *l.* 6. *ff. de I. & I.* in hoc tamen articulo non ab eo recedere defendam, amor enim patriæ primus eſſe debet. Cicero *de offic. lib.* 1. Scharrok. *de offic. ſecund. jus nat. c.* 5. *n.* 9. *§.* 4. Joh. Stuck. 1. *conſil.* 22. *n* 70.

8. Primum non obſtat, quia ſanguinis ratio accedente delicto & crimine dirimitur. Jacob. Gothofred. *ad d. l.* 8. *ff. de R. I.* Alterum etiam nullius momenti eſt, quia patris perduellis honori filius parcere non cogitur. *d. Nov.* 115. *c.* 3. *§.* 3. *ibi; quæ non ſunt adverſus principem ſive remp.*

9. Poſteriore autem caſu, ſi pater non deliquerit ut ideò exheredari poſſit, tunc à liberis tamen alendus eſt, nec juvabit eos ſi eum perhorreſcant & ſacramento interpoſito jurare velint ſe eum averſari, nec pro patre illum agnoſcere ſe poſſe dixerint; *arg. d. Nov.* 12. *c.* 2.

12. Quod autem ad vitæ ſocietatem & commune domicilium adtinet, hactenus pater cujus nulla ſit ſpectata inter bonos moderatio, quique integer vitæ ſcelerisque purus non ſit, declinari poteſt à filio, qui perhorreſcit ne parens turpis vitæ exemplo ſuæ familiæ noceat ſibique majori dedecori ſit. Nam exſtimationis famæque gloria cunctis rebus præferenda. *c.* 15. *n.* 16.

11. Relationis natura vult ut idem de liberis ſtatuamus. *arg. l. fi. C. de ind. vid. toll. l. un. C. de cupreſſ.* Mart. Monter. à Cueva *deciſ.* 20. *n* 25. Sixtin. 2. *conſ. Marp.* 7. *n.* 31. Quanquam in liberis contra parentes peccantibus id facilius locum reperiat, cum plus debeant graviusque delinquant. Sutholt. *d. diſſ.* 9. *aph* 58.

 12. Unde

12. Unde ſi tale quid faciant, propter quod à parentibus exheredes ſcribi poſſunt, tunc alimenta iis rectè negantur; *l. c. n.* 3. Si hoſtes patriæ ſint, tunc ſine ſcelere necantur, uti exemplis ex antiquitate deſumptis declarat Mornacius *ad. d. l.* 35. *de relig. & ſumt. fun.*

13. Si autem non adſit exheredandi cauſa, tunc alendi ſunt liberi, etiamſi ob delictum relegati vel deportati ſint. Meſa *d. c.* 6 *n.* 9. & 15. Et ſi hoc factum non ſit, ſed in civitate manſerint, abdicare quidem pater eos non poteſt, *l.* 6. *C. de patr. pot.* Choppin. 1. *monaſtic.* 3. *n* 17. Sutholt. *d. diſſ. aph.* 43.

14. Quod ſi verò pater juſto horrore perculſus metuat, ne cætera proles per eum natum corrumpatur idque jurejurando adſeverare cupiat, non cogitur invitus illum filium in domo ſuâ retinere. *arg. l.* 132. *ff. de V. O.* Hilliger. *Don. enucl. lib.* 2 *comment. c.* 26. *lit. g.*

CAPUT XXXVIII.

Indagatur an decima *perhorreſcentiæ* ſpecies *in patriâ ejerandâ locum habere poſſit? & diſſeritur de jure Principum & revocandis ſubjectis alibi ſtipenda merentibus.*

1. QUàm valdè patriæ obligati ſimus, ex dictis liquere arbitror, idque plenis & apertis tibiis docet Petr. Gregorii Tholos. *lib.* 2. *de prælud. opt. ICti. c.* 39. *per tot.* Menoch *lib.* 5. *præſumt.* 12. *n* 1. & 2. Marius Muta *ad conſuet. Panborm. c.* 86. *n.* 28. Stuckius. *d. conſil.* 22. *n.* 70.

2. Quemadmodum igitur parentes etiam impios agnoſcere debemus, ita & duram quoque ſortem, quam à patriâ patimur, ferre ſolumque natale exuere non poſſumus. *l.* 2 *ff. d. I. & I.* Nam beneficium nativitatis quilibet patriæ ſuæ reponere tenetur. Nicol. Burgund. *ad conſ. Flandr. tract.* 2. *n.* 2.

3. Quare etiam Princeps edicere poteſt ne quis patrii ſui excedat & eum qui contrà fecerit punire. Bartol. *ad. l. ult. ff. de decret. ab ord. fac.*

4. Jubere etiam poteſt ut redeant ii, qui ſedes aliò tranſtulerunt.

lerunt. Perez. *ad tit. C. de municip. n.* 18. Quod fieri ſolet per *mandata* vulgò *avocatoria*, & Germanis Dienſtabforderung dicta; quibus ſanctio talis ineſſe ſolet, ut ii qui emanſerint bonorum amiſſione plectantur, uti ex *l.* 1. *ff. de decurion. l.* 51. *C. eod. l. un. C. ſi curial. relict. civit.* probat Stuckius *d. conſil. n.* 71.

5. Qualia juſſa in Belgio fœderato ſæpius adjectâ eâdem pœnâ promulgata fuerunt. Nam ut non memorem ea quæ recente tenemus memoriâ & noviſſimo bello Belgico-Brittannico contigerunt, jàm olim 8. *Martii*, 1629. placuit Celſiſſ. DD. Ordinibus general. ut fabri, qui hoſti opem ferrent locando operas in faciendis navibus, corpore bonisque mulctarentur & pro admiſſi qualitate arbitrio judicantium aliter coërcerentur, addito præcepto ut intra ſex hebdomades cuncti in ſuam patriam reverterentur ſub pœnâ proſcriptionis & bonorum publicationis.

6. Sed & *anno* 1652. *die* 29. *febr.* exorta fuit promulgatio, ne nautæ ad alios populos tranſirent adjectâ eâdem corporis bonorumque pœnâ etiamque in abſentes ſtatutâ proſcriptionis ſive *banni* coërcitione. In quâ memoratur *die* 22. *Martii* 1613. & 20. *Septembr.* 1616. idem conſtitutum fuiſſe.

7. Et quod ad omnes, etiam terris alibi ſtipendia merentes, evocatio ejuſmodi facta fuit cum pœnæ ſupradictæ comminatione *die* 21. *Martii* 1628. Quod & ab aliis quoque Principibus & nominatim à Sereniſſ. D. Electore Brandenb. factum non ſemel etiam nuper novi nec non 26. *Iulii* 1658. 24. *Febr.* 15. *Septembr.* 29. *Octobr.* 1665.

8. Nam domicilium originale eſt immutabile propter hypothecam, quam habet origo in perſonam originariam, uti loquitur & poſt Cephalum docet Cardinal. Tuſchus *lit. D. concl. pract.* 591. *n.* 5. Adeò ut noſtrâ voluntate & debitâ operâ id amitti nequeat. Thoming. *conſ.* 41. *n.* 9 & 17. Bertrand. *vol.* 2. *part. poſt. conſil.* 103. *n.* 27. & 28. Bertazol. *lib.* 1. *conſult. deciſ.* 103. *n.* 2. Maſcard. *de probat. vol* 3. *concl.* 1147. *n.* 2.

9. Quare etiam ex cauſâ læſæ majeſtatis tribuit forum, uti

poſt Burgund. Coler. Clar. & Farinac. ſcribit Wiſſenbach. *ad tit. ff. ad municipal. n. 5. infi.* Nam nemo tranſportando aliò domicilium, origini & patriæ ſuæ ſe ſubducere poteſt, uti docet Ant. Matthæi *de crimin. lib. ff.* 48. *tit.* 2. *c.* 1. *n.* 8.

10. Et ideò Johannem Storium Anglum ex ſententiâ ICtorum damnatum & proditorum ſupplicio adfectum, quod is ad regem Hiſpaniarum profugus, in ejus obſequium tranſiviſſet ac viam rationeſque Angliam invadendi monſtraſſet, narrat & defendit Zouchæus *de jure feciali p.* 2. *ſect.* 2. *q. ult.*

11. Hæc ratio eſt cur Tacitus *lib.* 5. *hiſtor. c.* 5. inter fœda Judæorum inſtituta numeret, eos nec quidquam prius imbui quàm *exuere patriam.* Hinc idem auctor *lib.* 4. *hiſtor. c.* 28. de Civili ſcribit; *Infeſtius in Ubiis, quod gens Germanicæ originis ejuratâ patriâ, Romanorum nomine Agrippinenſes vocarentur*: Impius quoque dicitur, qui patriam vitat. *in d. l. un. C. ſi curial. rel. civ.*

12. Hæc omnia ſi vera ſunt, non tantum ad eos qui hoſtis caſtra ſequuntur, ſed & ad illos qui ei ab arcanis belli ſunt pertinere dicendum. Plus enim eſt ſi contra patriam conſiliis & animo juves eum, quàm ſi vires ſine mente geras, & clypeis atque manu tantum proſis, *arg. l.* 1. *§.* 3. *ff. de ſervo corrupto. l.* 14. *C. de advoc. diverſ. judic. l.* 5. *§.* 6. *C. ad L. Iul. maj.* uti Ulyſſes contra Ajacem diſputat apud Ovid. *Metamorph. lib* 13. D. Jac. Andr. Cruſius *de jure procedr. c.* 31. *n.* 5. 6. & 7.

13. Sed multa ſunt quæ contrarium ſuadent. Nam aliquem abire poſſe & fortunarum ſedem aliò transferre, tam ex inſtituto veterum gentium nationumque quam aliis rationibus demonſtrat Seneca *de conſolat. ad Helv. cap.* 6. 7. & 8. & de hominibus ſingulis admittit Grotius 2. *de jure p. & b. lib.* 2. *c.* 5 *n.* 24. atque ab objectione vindicat Ziegler *ad Grot. in not. d. n.* 24.

14. Si Germaniæ jus inſpicimus, eo cautum ut quis patriam cum patriâ permutare & ex unâ provinciâ in aliam migrare poſſit. *Aur. Bull. Caroli IV. tit.* 16. R. A. Zu Augsburg 1555 §. wo aber. Pruckman *§. ſolutâ poteſtas. c.* 4. *membr.* 2. *eff.* 8. 6. *n.* 31. Kirchner. *de republ. diſp.* 7. *th.* 2. *lit. a.*

15. Hinc

15. Hinc traditum, quod generali Germaniæ conſuetudine domicilium originis amittatur per domicilium aliò tranſlatum, uti poſt Roſenthal. & Zanger. Mevius *ad Ius Lubec. lib.* 1. *tit.* 2. *ad rubr. n.* 17. Paurmeiſter 2. *de juriſdict. c.* 8. *n.* 37. Vultei. *ad l.* 2. *C. de juriſdict. n.* 23. Struve *ad tit. ff. ad municipal. n.* 49. Brunneman. *ad l.* 3. *C. de municip.*

16. Jus originis immutabile eſſe, hoc Belgii liberis provinciis etiam non convenire, tradit Groenewegen. *de LL. abrog. ad l.* 1. *C. de municip. n.* 1. Qui & rectè oſtendit, quod leges à Stuckio ſuperiore loco *h. c. n.* 4. allatæ, quia de decurionibus functioni curiali obnoxiis & eâ qualitate adfectis agunt, hodiè ad mores noſtros minimè trahi queant. *d. tract. de LL. abrog. ad l.* 55. *C. de decurion. n.* 5. *& ad d. l. un. C. ſi Curial. rel. civ.*

17. An ita diſtinguemus, ut ratione fori & juriſdictionis origo mutari poſſit? Argentræ. *ad conſuet. Britan. art.* 9. *not.* 1. *n.* 3. Non autem idem de naturali patriæ jure dicendum eſſe, cum ipſa origo non minus quàm reverentia naturalis ei debita hodiè ſemper retineatur, ſi audimus Hahnium *ad Weſenbec. ff. ad municip. n.* 4. Græven. *ad Gail* 2. *pract. concl.* 35. *n.* 2. Mevium. *d. l. n.* 20.

18. Id vix nodum ſolvit, cum patriam ab aliquo deſeri & ex cive peregrinum effici poſſe, poſt Matthæ. de Afflictis *deciſ. Neap.* 384. *n.* 9. doceat Gailius 2. *obſ* 36. *n.* 7. *ibique* Fabric. *ſect.* 2. Quare non unum eſt, quod hac in re ſpectandum occurrit, ut de hac re arduâ judicium fieri poſſit.

19. Tota autem quæſtio in eo ſita eſt, an is qui civis eſt, ſe ſuâ voluntate peregrinum facere queat. Si enim hoc ei licet, pro perduelle & hoſte patriæ quam ejeravit, haberi non poteſt. Crimen enim illud non committitur, niſi ab eo qui ſubjectus eſt. *c. paſtoralis. Clementin. de ſent. & re jud.* Scipio Gentilis, *ad l.* 5. *C. ad L. Iul. majeſt. pr. verb. quisquis:* Sixtin. *de regal. lib.* 2. *c.* 20 *n.* 29.

20. Cum verò in peregrinitatem deducantur deportati, *l.* 10. *§.* 6. *ff. de poſtul.* Sueton. *Claudio. c.* 16. Robert. 3. *ſent.* 9. Briſſon.

1. *ſel. antiq.* 13. Conſequitur quod ſi illi à principe patriæ reſtituti non ſint, pro perduellibus haberi non poſſe & patriæ ſuæ ſe ſubducere licere. Ant. Matthæi *d. n.* 8. Grot. & Zouchæ. *d. l.*

21. Qui auctor primus idem adfirmat de iis, qui conſenſu eorum qui ſummæ rerum præſunt civitatem patriamque mutarunt. Quod aliquando indulgeri ſolet uti legere datur in edicto cujus memini *h. c. n.* 5.

22. Ut autem facilius id permittat princeps ſub quo natus & te vinculo, quo ei obſtrictus, liberet, provocare poteris ad perhorreſcentiæ juramentum & allegare quod tu id ſolum in quo natus ſis ferre nequeas, tum quòd in eo habeas cum quibus inimicitia tibi ſit capitalis, tum quod te ventremque tuum tuoſque in eo alere nequeas, tum etiam ex aliis cauſis enarratis Senecæ *d. tract. c.* 6. & Plutarcho apud Menoch. *d. præſ.* 12. *n. ult.*

23. Si verò ad hoc ſacramentum vel non admiſſus es vel ad id proſilire neglexeris, tunc dividendum putem, an ad tempus exceſſeris patriâ alioque non tranſtuleris fortunarum ſedem, & tunc ſi princeps edicto te redire jubeat ei parere debes, aut ſi contra patriam milites perduellis eris, & ita cape dicta *h. c. n.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. & 12.

24. Neque te juvabit, ſi alibi apud patriæ tuæ hoſtem ſacramento te adſtrinxiſti, Fuß-Knecht beſtall. zu Speyr. 1570. *tit.* verzeichnus. *art.* 2. quia id magis perjurium dicendum, nec ſine diſpendio ſalutis æternæ ſervari poſſe, doctum nobis à Jerem. Setſero *de jurament. lib.* 1. *c.* 17. *n.* 15.

25. Aſt ſi animo non revertendi quis ſolum mutaverit, tunc aliter dici oportere ſtatuit Perez. *d. l. n.* 20. Ubi allegat *l.* 5. *§. fi. ff. de capt. & poſtlim. reverſ.* De quo caſu accipi poſſent tradita *h. c. n.* 13. 14. 15. & 16.

26. Quod ego tamen non aliter admiſerim, quàm ſi juſſus redire in patriam non eadem vitæ conditio aut munus ſimile, quod apud exteros gerit, & per quod ſibi ſuiſque proſpicere queat, ei obtingere poſſit, nam *proximus egomet mihi* & ordinata

charitas

charitas incipit à ſe ipſo. *a g. l. 5. C de ſervit, ibique* Padilla. *n. 6.*

27. Si autem idem in patriâ nanciſci poſſit, idque ei offeratur, veluti à Sereniſſ. D. Electore Brandenb. factum fuit in edicto *promulgato Coloniæ ad Spraam. 26. Iulii* 1658. impius eſt ſi peregrinum ſolum & hoſtem ei præferat *d. Edicto Brandenb. §.* und ermahnen; Ut autem id prudenter omne cum tuâ ſecuritate eveniat, ſuadeo ut ſtatim principi tuo, qui reditum in patriam imperat, ſignifices qualis ſis apud exteros.

28. Hoc cum fortè non feciſſet Storius pro patriæ hoſte judicatus fuit, *h. c. n.* 10. Et ideò fortaſſis Rinconem & Fregoſium Galliarum regis ad Turcam legatos occidi juſſit Carolus V. dicens æternam ſibi auctoritatem in ſibi ſubjectos competere. Ant. Matthæi *d. l.* Licet alio colore eos trucidatos memoret Alphonſus d'Ulloa apud Mezeray *hiſt. de France en la vie de François I. p.* 541.

29. Quamvis & hoc negligendum non eſt, quod ii qui ad tempus exceſſerunt patriâ, etiam quandò moniti non redeunt, criminis perduellionis rei fiant, uti continetur *d. Edicto, Brandenb. §.* als thun. *in fi.*

Caput XIXXX.

Separationi menſæ & thori num locum faciat juramentum perhorreſcentiæ? atque ita de undecima *ejus* ſpecie *agitur.*

1. Videamus an non ſit undecimus caſus juramenti perhorreſcentiæ ponendus in muliere, quæ terrificata à marito fuit, quod is venerem mutare in aliam formam & amorem quærere tentaverit, ubi non videtur? uti ajunt Impp. *in l. 31. C. ad L. Iul. de adult.* Separationem thori ideò fieri tradunt Farinac. *prax. crim. tit. de delict. carn. q.* 143. *n.* 87. Auguſtin. Barboſa *ad l. 8. C de repud. n.* 12.

2. Non autem eſſe fidem habendam fœminæ, ne iſti ſexui detur occaſio accuſandi viros & individuam vitæ conſuetudinem ſolvendi, tum etiam quia in re propriâ nemo idoneus teſtis eſt, cenſet

cenſet Martin. Bonacina *tom.* I. *oper. moral. tract. de matrimon. quæſt.* 4. *punct.* 5. *n.* 4. Ubi ita in Rotâ Rom. apud Farinacium *deciſ.* 178. & in Rotâ Bonon. atque alibi teſte Riccio *verb. prax. matrimon. deciſ.* 237. deciſum refert.

3. Apud hos auctores & Menochium, quem allegat *in conſil.* 286. nullum ea de re verbum aut monumentum invenire potui. Et licet perſuaſiſſimum mihi habeam cum Ampliſſ. Brouwer *elegantiſſ. tract. de jure connub. lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 7. non facilem debere eſſe judicem in admittenda thori & menſæ ſeparatione, ſed omnia prius tentanda, ut reconcilientur conjuges.

4. Nehilominus ſi ea diu marito reſtiterit nec nefariæ patientiæ leges accipere voluerit, contremiſcat autem quod cum tali viro ſibi vivendum ſit, prudenter facit ſi cauſam palàm non exprimat, ſed generaliter ſui tantum horroris mentionem faciat, nam aliàs maritus ideò puniri poſſet. Joh. Aloys. Riccius *part.* I. *deciſ. collect.* 184.

5. Sed nec juri conveniens eſt, ut ejusmodi fœmina cogatur ſpecialiter cauſam horroris dicere. Nam propriam deturpat faciem, qui naſum ſibi præcidit. Ratio etiam nulla vult, ut ea ſe ipſam ſuumque maritum prodat, uti ex Speculatore tradit Anton. Theſſaur. *deciſ. Pedemont.* 6. *n.* I.

6. Ut hâc in re ejus jurijurando ſtandum, ſi probitas ejus & morum elegantia ſpectata ſit atque præſumtiones nullæ ſint contra ejusmodi mulierem; quando nec ipſe Bonacina *d. n.* 4. ab hâc meâ ſententiâ alienus eſt, pro quâ adducit Plotum *part.* I. *conſil.* 143.

7. Pro quâ etiam ſtat ratio repræſentata *cap.* 31. *n.* 7. Notius autem eſt, quàm ut dici debeat nefandum hoc ſcelus clàm patrari atque ideò conjecturis & præſumtionibus probari poſſe, ſi fidem habemus Maſcardo JC. Italo *vol.* 3. *concl.* 1320. *n.* 2. & 3. *edit. Francof.* 1607. ex quo ſua deſcripſit Lodov. Gilhauſen *arb. jud. crimin. cap.* 6. *part.* I. §. 43. *n.* 2. 3. & 4. Adi tamen *c.* 25. *n.* 6.

DISPUTATIO XI.

Reſpond. Zacharia Cramero, *Sedino-Pomerano.*

CAPUT XL.

Repudii *cauſa juramento perhorreſcentiæ probatur atque ſic de ejus* ſpecie duodecimâ *ediſſertatur,*

1. CUm autem facilius id quod faciendum eſt impediatur, quam ut id quod factum eſt reſcindatur; *arg. l.* 8. *ff. de his qui ſui vel al. jur. ibique* Jaſon. *n.* 9. Kitzel. *de matrimon. cap.* 8. *theorem.* 13. *lit. a.* ſequitur ſponſam perhorreſcentem conſummare nuptias ideò, quod notabilis quædam mutatio acciderit ſponſo & contrà, ejerare ſponſum vel ſponſam poſſe.

2. Ejuſmodi enim notabilis mutatio vel gravior quædam cauſa ſi tempore ſponſaliorum adfuiſſet, deterruiſſet conſentientes atque ideò reſciſſioni locum facit, ſicuti communiter Theologos & ICtos ſentire ſcribit Bonacina *d. tom.* 1. *tract. de ſponſal. q.* 1. *punct.* 8. *n.* 8. Panormitan. *in c. quemadmodum.* x *de jurej. n.* 10. Sanchez. *d. tract. lib.* 1. *diſp.* 62. *n.* 2. Clariſſ. Joh. Chriſten. Anteceſſor Amſtelod. *de matrimon. diſſert.* 2. *q.* 19.

3. Ratio adfertur à Leſſio, *quia ſecundum affectum & intentionem quam habebas promittendo, non cenſeris te voluiſſe obligare ad implendam promiſſionem, ſi talem defectum in eâ deprehenderes,* uti videre in ejus *lib.* 2. *de I. & I. c.* 18. *dub.* 10. *n.* 72.

4. Idque verum eſt etiamſi ſponſalia eſſent jurata, cum jusjurandum ſortiatur naturam & conditionem actus cui adjicitur, *d. c. quemadmodum:* uti docet Paul. Layman. *Theol. moral. lib.* 5. *tract.* 10. *part.* 1. *c.* 2. *n.* 18. *in fi.*

5. Cauſa autem talis etiam eſt gravis inimicitia, *arg. §.* 12. *I. de excuſ. tut.* Bonacina *d. punct.* 8. *n.* 15. Mevius *p.* 4. *deciſ.* 44. & 45. vel morum aſperitas magna & ſævitia novè ſpectata: Sanchez *d. lib.* 1. *diſp.* 58. *n* 3. Ludov. Molina. *de I. & I. diſp.* 272. *n.* 4. & 5. *verſ ſi enim.* etiam deformitas, morbus gravior aut vitium ſuperveniens. Kitzel. *d. c.* 8. *theor.* 13. *lit. e.* Chriſten. *d. diſſ.* 2. *q.* 12. D. Brouwer. *d. tract. lib.* 1. *c.* 25. *n.* 32. & *ſeq.*

6. Res hæc omni dubio caret, ſi reconciliatio omni modo tentata fuerit. Carpzov. *Iuriſpr. conſiſtor. lib.* 2. *tit.* 10. *def.* 175. & 176. Mevius *d. p.* 4. *deciſ.* 43. *n.* 8. & *ſeq.* Quis enim hoc non fieri patiatur, cum ex diſſentientium voluntate facilè ad diſcordiam perpetuam & uxoricidium perveniri poſſet, uti pulchrè Menochius 4. *conſil.* 385. *n.* 7.

7. Nam matrimonia coacta difficiles ſolent habere exitus; *c. requiſivit.* 17. *x de ſponſal.* & facilè contemnitur quod non diligitur. Horat. Giovagnon. 1. *reſponſ.* 16. *n.* 30.

8. Etiamſi autem confeſſionem utriuſque partis deſiderari nec recuſantis adſertioni fidem adtribuendam eſſe, quod ad cauſæ iſtius probationem adtinet, velint Bonacina *d. q.* 1. *punct.* 10. *n.* 11. & Cl. Chriſten. *d. diſſ.* 2. *q.* 19.

9. Æquius tamen & melius erit, ſi ajamus hac in re totâ ſtandum eſſe juratæ adſeverationi recuſantis, ſi nil ſit quod contra eum faciat oriri præſumptionem, uti in terminis terminant. ſentit Layman. *d. n.* 18.

10. Nec enim ſcrupuloſam probationem ſemper exigimus uti ex Pontio ſcribit Brouwer. *d. lib.* 1. *c.* 25. *n.* 32. qui & rectè docet in publicis ſponſalibus, auctoritate magiſtratus interpoſitâ eoque in repudium conſentiente fieri poſſe. *d. c.* 25. *n.* 56. & 57.

CAPUT XLI.

Continet epilogum & annotata novaque reperta egregia tàm ad jus publicum quàm privatum pertinentia.

1. SAtis nunc conſtare arbitror, cur titulum huic argumento poſuerim de ejeratione bonæ ſpei *ex variis cauſarum figuris.* Varii enim caſus à me commemorati, in quibus ea locum habere poteſt, quin etiam plures ſint noli ambigere. Mihi nunc ſufficit fundamenta jeciſſe & generaliter hujus materiæ quædam capita indicaſſe. *arg. l.* 1. *pr. ff. de O. & A.* Nam non ſemper expedit omnes caſus quos noſti, proponere. Annotator ad Sichardum *tit. Cod. de feriis*; ſcribit; *Hunc titulum de feriis non legit Dn. Sichardus propter vitandam invidiam;*

2. Cum

2. Cum autem & tempori & ſcenæ mihi inſerviendum fuerit ſœpiusque minus dixerim quàm voluerim, quod charta ſermonis filum abrumperet, hinc evenit ut nonnulla fortè vel obſcurius poſita vel non ſatis tacta atque examinata videri queant, quæ nunc declarare & ſupplere novisque repertis augere animus mihi eſt.

3. Ad cap. 2. n. 10. *ei ſtandum*] De Memnonitis ſive Anabaptiſtis idem ſentias, ſi quid adſeverarint *per ſuam conſcientiam, viri & mulieris veritatem*: Hoc enim æquipollet jurijurando in Hollandiâ hac adjectâ clauſulâ; *quod dicat id eſſe verum adſumens in teſtem Deum omnipotentem, tanquam ſolum perſcrutatorem cordium & renum*: Wilh. van Alphen *Papegay. of formulier-boeck pag.* 26.

4. In Cliviâ & Marcâ idem iis permittitur nec conceptis verbis aut ex ſolemnitate conſuetâ jurant ex reſcripto nomine Sereniſſimi Principis Elector. dato 19 *Decembr.* 1654. *Clivis.* Quod etiam provinciæ Groning. & Omland. illuſtr. & prœpot. DD. Ordinibus placuit, 12. *Jun.* 1623. atque judicatum à Camerâ DD. Hovetman. *in cauſâ* Berent Jacobs *& Clement Hermanni* 20. *febr.* 1632. atque adhuc obſervatum *principio Decembr.* 1668.

5. Planiſſimè id proponitur *in Ordonn. op't gemael art.* 6. ubi dicitur; ut loco verbi *juro* uſurpent *accepto*: & pro eo; *Ita verum me juvet Deus omnipotens*: ajant; *Si prædicta fecero, Deus mihi benedicat; ſed ſi id non egerim, Deus me puniat hic temporariè & poſteà in æternum:*

6. Quid autem hoc aliud ſit, quàm ludere in verbis & re atque facto jurare, ego quidem non cerno? Unde etiam ſi contra ejuſmodi adſertam veritatem fecerint, perjurii rei erunt. *arg. l.* 5. *§* 1. *ff. de jurej. junct. l.* 2. *C. Commun. de legat.* In Friſiâ Belgicâ jusjurandum nomine tenus etiam præſtare compelluntur. *Statut. Friſ. lib.* 3. *tit.* 21. *art.* 1.

7. Definitionis verba in *cap.* 2. *n.* 26. *&* 29. exſtant quoque apud Anton. Fabrum *part.* 3. *decad.* 51. *error. pragmat.* 1. *Qui ſi ſuſpectum habeat judicem ex cauſis tam occultis vel dubiis, ut eas allegare nolit, aut probare non poſſit?* Ea autem is auctor adducit ad impu-

gnandam actionem ex *L. diffamari*, & ut demonſtret, neminem invitum cogi debere ad agendum, cum fortè judicis cauſâ litem differre malit. Cum verò hoc ſacramento perhorreſcentiæ judicem declinare queat, magis eſt ut dicamus memoratæ actioni adhuc hodiè locum eſſe debere. Deinde fruſtrà quis contra ea quæ in foro receptiſſima quæque utilitatem ſuam habent, diſputat; uti ſcribit Cl. Brunneman. *ad l. 5. C. de ingen. manum.*

